❡ Huius aūt possibile est non esse: negatio est: nō illud nō possibile est esse: sed hoc: nō possibile est non esse. Et huius possibile est esse: nō hoc: possibile est non esse: sed illud: nō possibile est eē. Quapropter he possibile est eē: ꝛ possibile est nō esse. sese mutuo sequi vident̄. Idē enim possibile est esse atqȝ nō esse. Nō enim he possibile est esse: ꝛ possibile est nō esse: contradictorie opponunt̄: sed iste possibile est esse: ꝛ nō possibile est esse: nunq̄ȝ de eodē sunt simul vere: opposite nāqȝ sunt. He quoqȝ possibile est non esse: ꝛ non possibile est non esse: nunq̄ȝ de eodē sunt vere. Similiter ꝛ huius affirmationis: necesse est esse: non hec: necesse est non esse negatio est: sed hec non necesse est esse. Huius aūt necesse est non esse: negatio est: non necesse est non esse. Huius etiam impoſſe est esse: non hec. impoſſe est non esse: sed illa nō impoſſe est esse: negatio est. At illius impoſſe est nō esse: hec sane: non impossibile est nō esse negatio est. ❡ Eiꝰ vo que est possibile est nō eē: negatio est nō possibile est nō eē. Nō eni ꝯtradictiōes sunt sibi inuicē huiꝰ possibile eē ꝛ poſſe nō eē: quare ꝛ seq sese inuicē videbunt̄. Idē enim possibile est eē ꝛ nō eē. Sed possibile est eē ꝛ nō possibile est esse: nunq̄ȝ simul sunt: opponuntur eniȝ. He vo possibile est non esse ꝛ nō possibile est non esse nunq̄ȝ simul sunt: similiter autē ꝛ eius que est necessarium esse. non ea que est necessariū nō esse: sed ea que est nō necessariū eē. Eius vo que est necessarium est non esse ea que est non necessariuȝ non esse: ꝛ eius que est impossibile esse. non ea que est ipossibile non esse. sed non impossibile esse. Eius vo que est impoſſe non esse: ea que est non impossibile est non esse.

❡ Explanat determinatā veritatē in oībus modalibus.s. de possibili ꝛ necessario ꝛ impoſſi. Cōtingēs cōuertit̄ cum possibili. Et qꝛ quilibet modus facit duas modales affirmatiuas alterā habentē dictū affirmatū ꝛ alterā habētē dictū negatū: ideo explanat in singulis modis q̄ cuiusqȝ affirmationis negatio sit. Et ꝑmo in illis de possibili. Et quia prime affirmatiue de possibili que sciȝ hēt dictum affirmatū.s. possibile esse. negatio assignata fuit nō possibile esse. ideo ad reliquā affirmatiuā de possibili trāsiēs dicit: eius vo que est possibile nō eē. vbi dictū negat̄. negatio est nō poſſe non esse. Et hoc ꝯsequenter ꝑbat per hoc ꝙ cōtradictoria huius poſſe nō esse: aut est possibile esse: aut illa quā diximus.s. non possibile non esse. Sed illa.s. possibile eē nō est eius ꝯdictoria: nō eni sunt sibi inuicem cōtradicentes: possibile esse ꝛ possibile nō esse: qꝛ possunt simul esse vere. vn̄ ꝛ sequi sese inuicē putabunt̄: qm̄ vt supra dictū fuit: idem est possibile esse ꝛ nō eē: ꝛ ꝯsequēter sicut ad posse esse sequit̄ posse nō esse. ita ecōtra ad posse non esse sequit̄ posse eē. Sed ꝯdictoria illius possibile eē que nō pōt simul esse vera: est nō possibile esse. hec eniȝ vt dcm̄ ē opponunt̄. Remanet ḡ ꝙ huiꝰ negatio possibile nō eē sit illa nō poſſe nō eē. he nāqȝ siml̄ nūq̄ȝ sunt vere vel false. Dixit ꝙ possibile eē ꝛ nō esse seq se inuicē putabunt̄ ꝛ nō dixit ꝙ se inuicē ꝯsequunt̄ qꝛ ꝺm veritatem vl̄r nō sequant̄ se sȝ ꝑticulariter tm̄. vt lr̄a dicet̄. ꝑꝑ qđ putabit̄ ꝙ simplr̄ se inicē sequant̄. Deinde declarat hoc idē in illis de nec̄io ꝛ ꝑmo in affirmatiua hn̄te dcm̄ affirmatū dicēs. Silr̄ eiꝰ que est nec̄iū esse negatio nō est ea que dic̄ nec̄iū nō eē. vbi modus nō negat̄. sȝ ea q̄ est nō nec̄iū eē. Deide subdit de affirmatiua ɋ nec̄io hn̄tē dcm̄ negatū: ꝛ ait. Eiꝰ vo que ē nec̄iū nō eē negatio est ea que dicit nō nec̄ariū nō eē. Deide trāsit ad illas de ipossibili eūdē ordinē seruās: ꝛ inqt. Et eiꝰ que dicit impoſſe eē negatio nō est ea que dicit ipossibile nō eē. sȝ nō ipossibile esse: vbi etiā modus negat̄. Alteriꝰ vo affirmatiue que est ipoſſe nō esse: negatio est ea que dicit nō ipoſſe nō eē et sic semꝑ modo negatio addēda est. ❡ Deinde cū dicit.

❡ Omnino aūt queādmodū dcm̄ est: esse qdē: ac nō eē ponere opȝ vti subta. Hec aūt ad ipsuȝ adiīgere atqȝ nō esse: affirmationē faciendo negationē ue. Atqȝ has opȝ existimare oppositas esse: possibile: nō possibile: contingens: nō contingēs: impossibile: nō impossibile: necessariū: nō necessarium: verum: non verum.

❡ Similr̄ vo queādmodū dcm̄ est eē qdē ꝛ nō

esse opz ponere quẽadmodũ subta: negõnẽ vo ꝛ affirmationẽ h facientẽ ad vnũ idẽ tantũmõ ad modũ apponẽ: ꝛ has putare opz eẽ appositas dictiones ꝛ negõnes possibile ꝛ nõ possibile contingẽs ꝛ nõ ꝯtingẽs: impoẽ ꝛ nõ impossibile: necẽiũ ꝛ nõ necẽiuz: verũ ꝛ nõ verum.

¶ Cõcludit regulã vlem dicẽs ꝙ quẽadmodũ dcm̃ est dicta iportãtia eẽ ꝛ nõ eẽ opz ponere in modalib⁹ vt subta. negõnẽ vo ꝛ affirmationẽ. hoc.i. ꝯdictiõis oppõnẽ faciẽtem opz opponere tãtũmõ ad suũ idem modũ: nõ ad diuersos modos. Debet nãqz silemet modus negari q̇ prius affirmabaẽ: si ꝯdictio eẽ dz. Et exẽplariter explanãs quõ hoc fiat subdit: ꝛ opz putare has eẽ oppositas dictiões.i. affirmationes ꝛ negõnes in modalib⁹: possibile ꝛ nõ possibile: ꝯtingẽs ꝛ nõ ꝯtingẽs. Itẽ cũ dixit negatio alio tãtũmõ ad modũ apponi debere: nõ exclusit modi copulã s3 dcm̃. Hoc eni est singulare in modalib⁹ ꝙ eãdẽ oppõnẽ facit: negatio mõ addita ꝛ ei⁹ vbo. Cõtradictorie enĩ opponiẽ huic. poẽ est eẽ. non solũ illa: nõ poẽ est esse. s3 ista possibile nõ est eẽ. Meminit aũt modi poti⁹: ꝛ ppter hoc qd̃ nũc diximus vt.s. isinuaret ꝙ negatio vbo modi postposita. mõ aũt preposita idez facit: ac si modali vbo pponereẽ: ꝛ qꝛ cũ mõ nũqꝫ caret modalis enũtiatio: semper negatio supra modũ poni põt. Nõ aũt sic de ei⁹ vbo: vbo eni modi carere ꝯtingit modalez. vt cũ dĩ sortes currit neẽio: ꝛ iõ nõ semp vbo negatio aptari põt. Qd̃ aũt in fine addidit verũ ꝛ nõ verũ: insinuat pter q̃tuor pdictos modos alios inueniri qui ẽt cõpõnẽ enũtiaiõis determinant. puta verum ꝛ nõ verũ: falsum ꝛ non falsuz: quos tamen inter modos supra nõ posuit: quia vt declaratũ fuit non proprie modificant.


LEC. X.

¶ Cõsequẽtie quoqꝫ cũ rõne fiunt: si hoc pacto ponanẽ. Nã illã qdẽ possibile est eẽ: seqẽ hec: ꝯtingẽs est esse: atqꝫ cum illa ꝯuertiẽ. Et item he: non impossibile est eẽ: ꝛ non necesse est eẽ. At has possibile est nõ esse: ꝯtingens est nõ eẽ: he sane sequunẽ: nõ impossibile est nõ eẽ. ꝛ nõ neẽe est nõ esse. Illas etiaz nõ possibile est eẽ: ꝛ nõ ꝯtingẽs est eẽ: he porro sequunẽ: ipossibile est eẽ: ꝛ neẽe est nõ eẽ. Et illas insup nõ possibile est nõ eẽ: ꝛ nõ ꝯtingẽs est nõ eẽ: he nimirũ sequunẽ ipoẽ est nõ eẽ: ꝛ neẽe est eẽ. Atqꝫ id qd̃ dĩ ex hisce q̃ hoc ordie ponunẽ ꝑspiciaẽ.

¶ Cõseqnẽter vo ꝑm ordinẽ fiunt ita ponẽtib⁹. Illi.n. que est possibile est esse: illa que est ꝯtingens eẽ: ꝛ hec illi ꝯuertiẽ: ꝛ nõ impoẽ eẽ: ꝛ nõ necẽariũ eẽ. Illi vo que est possibile nõ eẽ ꝛ contingẽs nõ eẽ: ea que est nõ necẽariũ nõ eẽ. ꝛ non impossibile nõ eẽ. Illi vo que est nõ poẽ eẽ: ꝛ nõ ꝯtingẽs eẽ: ea que est necẽiuz nõ eẽ ꝛ impoẽ eẽ. Illi vo que est nõ possibile nõ esse ꝛ nõ ꝯtingẽs nõ eẽ: illeq̃ est neẽe ẽ eẽ: ꝛ ipoẽ nõ eẽ. Cõsidereẽ ãt ex subscriptiõe quẽadmodũ dicim⁹.

P Ostq̃ determinauit de oppõne modaliũ. hic determinare intẽdit de ꝯñtijs earuz. Et circa hoc duo facit. Primo tradit veritatez. Scdo mouet quãdã dubitationẽ circa determiata. ibi [Dubitabit aũt.] Circa pmũ duo fac. Primo ponit ꝯñtias earz ꝑm opionẽ alioꝝ. Scdo examinando ꝛ corrigẽdo dictã opinionẽ determinat veritatez. ibi [Ergo ipoẽ.] Quo ad pm̃ ꝯsiderãdũ est ꝙ cũ qlibet modus facias duas affirmationes: vt dcm̃ fuit: ꝛ duab⁹ affirmatiõib⁹ opponanẽ due negõnes: vt ẽt dcm̃ fuit in p̊ ꝑm quẽlibet modũ fiẽt q̃tuor enũnatiões due.s. affirmatiue ꝛ due negatiue. Cũ aũt modi sint q̃tuor: efficienẽ sexdecĩ modales. Quaternari⁹ eni in seip̃m ductus sexdecim ꝯstituit. Et qm̃ apud oẽs q̃libet cuiuscꝫ modi vnicũqꝫ incipias hz vnã tm̃ cuiuscꝫ modi se ꝯñtem. iõ ad assignandas ꝯñtias modaliuz singulas ex singulis modis accipe opz: ꝛ ad ꝯñtie ordinẽ iter se adunare. Et hoc modo fecerũt antiq de qb⁹ ĩqẽ Aristoteles. Cõsequẽtie vo fiũt ꝑ3 isfrascriptũ ordinẽ antiqs ita ponẽtib⁹. Formauerũt eni q̃tuor ordines modaliũ in quoꝝ q̃libet oẽs que ꝯsequũtur collocauerũt. Ut aũt ꝯfusio viteẽ. voceẽ cũ Auerroi de cetero. in quolibet mõ. affirmatiua de dicto ꝛ mõ affirmatiua simplex. affirmatiua aũt de mõ ꝛ negatiua ð dicto affirmatiua declinata. negatiua vo de mõ et nõ de dcõ. negatiua simplex. negatiua ãt ð vtroqꝫ negatiua declarata. ita ꝙ modi affirmationẽ vl negõnẽ simplicitas dicti vo decliatio denoiet. Dixerũt ḡ antiq ꝙ affirmationẽ simplicẽ de possibili.s. poẽ ẽ eẽ. seqẽ affirmatiua simplex de ꝯtigẽti.s. ꝯtigẽs est eẽ: ꝯtingẽs.n. ꝯuertiẽ cũ possibili. ꝛ negatiua simplex de impoẽi.s. nõ ipoẽ eẽ: ꝛ siẽr negatiua simplex de neẽio.s. nõ neẽe est eẽ. et hic est pmus ordo modaliũ ꝯsequentiũ se. In 2⁰ aũt ordine dixerunt ꝙ affirmatiuas declinatiuas de possibili ꝛ ꝯtingẽti.s. possibile nõ eẽ. ꝛ ꝯtingẽs nõ eẽ sequũẽ negatiue decliate de neẽio ꝛ ipossibili.s. nõ neẽiuz nõ eẽ ꝛ nõ ipossibile nõ eẽ. In 3⁰ vo ordine dixerunt ꝙ negatiuas simplices de possibili ꝛ ꝯtingẽti.s. nõ poẽ esse: nõ ꝯtingẽs eẽ sequunẽ affirmatiua declinata de neẽio.s. necesse nõ eẽ: ꝛ affirmatiua simplex de impossibili.s. ipossibile esse. In 4⁰ demũ ordine dixerũt ꝙ negatiuas declinatas de possibili ꝛ ꝯtingẽti.s. nõ poẽ nõ eẽ ꝛ nõ ꝯtingẽs nõ eẽ: sequunẽ affirmatiua simplex de neẽio.s. neẽe eẽ ꝛ affirmatiua declinata de ipossibili. Cõsidereẽ aũt ex subscriptiõe opposite figure quẽadmodũ dicimus: vt clarius elucescat depictum.

¶ Consequẽtie enũtiationũ modaliũ ꝑm q̃tuor ordines ab antiquis posite ꝛ ordine.



¶ Hec

¶ Hec igitur impossibile est esse: ⁊ non impossibile est esse: has contingens est eẽ: ⁊ possibile est eẽ: ⁊ non contingens est eẽ: ⁊ non possibile est eẽ: contradictorie quidem sed verso modo sequuntur. Affirmationem enim possibilis: impossibile inquam est esse: negatio sequitur impossibilis. negationem autem affirmatio. Hanc enim non possibile est esse: sequitur hec impossibile est esse: nam impossibile est esse affirmatio est: non impossibile autem eẽ: negatio.

¶ Ergo impossibile ⁊ nõ impossibile illud qd̃ est contingens ⁊ possibile ⁊ non contingens ⁊ non possibile sequitur quidem contradictorie: sed conversim. Illud enim quod est possibile eẽ negatio sequitur impossibilis: negationem vero affirmatio. Illud enim qd̃ est nõ possibile eẽ: illud quidem qd̃ est impossibile eẽ: affirmatio enim erit possibile eẽ: nõ possibile vero negatio.

¶ Examinando dictam opinionem determinat veritatẽ. Et circa hoc duo facit. quia primo examinat ꝯsequẽtias earũ de impossibili. 2° illarũ de necessario. ibi [Necessariũ vero.] Unde ex premissa opinione ꝯcludens ⁊ approbãs dicit. Ergo iste. s. impossibile ⁊ non ĩpossibile sequunt̃ illas. s. contingens ⁊ possibile ⁊ non contingens ⁊ non possibile. sequunt̃ inquã contradictorie. i. ita vt ꝯtradictorie de impossibili ꝯtradictorias de possibili ⁊ contingenti cõsequãtur: sed conversim. i. sed nõ ita ꝙ affirmatio affirmationem ⁊ negatio negationẽ sequatur. sed conversim. s. ꝙ affirmationem negatio ⁊ negationẽ affirmatio. Et explanans hoc ait. Illud enim qd̃ est possibile esse. i. affirmationem possibilis negatio sequitur impossibilis. i. nõ impossibile esse: negationem vero possibilis affirmatio sequitur impossibilis. Illud enim qd̃ est nõ possibile esse: sequit̃ ista ĩpossibile est eẽ. Hec aũt. s. impossibile eẽ: affirmatio est: illa vero. s. nõ possibile eẽ: negatio est. Hic siquidẽ modus negatur ibi. Non bene igit̃ dixerunt antiqui in quolibet ordine quo ad ꝯñtias illarum de impossibili. quia vt in suprascripta figura appet semp ex affirmatione possibilis negationem impossibilis: ⁊ ex negatione possibilis affirmationem impossibilis inferunt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At videndum est quo modo sese hñt necessarij enunciationes. Atq; patet nõ eodẽ modo sese hẽre: sed contrarie quidẽ sequuntur. Contradictiones aũt seorsum sunt collocete.

¶ Necessarium autem quemadmodum sit considerandum est. Manifestum est autem quoniam non eodem modo: sed contrarie sequuntur: contradictorie autem sunt extra.

¶ Intendit examinando determinare consequentias de necessario. Et circa hoc duo facit. Primo examĩat dicta antiquorum. Secũdo determinat veritatem intentã. ibi [At vero neq; necessariũ.] Circa pmum quatuor facit. primo declarat: quid bene ⁊ qd male dictũ sit ab antiqs in hac re. Ubi attendendum est ꝙ cum quatuor sint enunciationes de necessario. vt dictum est. differentes inter se s̃m quantitatem ⁊ qualitatem adeo vt vnam integrẽt figuram oppositionis iuxta morem illarum de inesse: Due earum sunt contrarie inter se: due autem illis contrarijs contradictorie. vt patet in hac figura.

Necesse esse — Contrarie — Necesse non esse
Contra — dictorie
Contra — dictorie
Nõ necesse nõ esse — Subcõtrarie — Non necesse esse

¶ Quia ergo antiq vles ꝯrias bñ intulerũt ex alijs: ꝯdictorias aũt earũ. s. pticulares male ĩtulerũt. iõ dicit ꝙ ꝯsiderãdũ restat de his q̃ sunt de nec̃io q̃liter se hẽant ĩ ꝯñdo illas de possibili ⁊ nõ possibili. Manifestũ est aũt ex dicẽdis ꝙ nõ eodẽ mõ iste de nec̃io illas de possibili consequunt̃ quo easdẽ sequunt̃ ille de ĩpossibili. Nã oẽs enunciationes de ĩpossibili recte illate sunt ab antiqs. Enũciatiões aũt de nec̃io nõ oẽs recte ĩferunt̃ sz due earũ q̃ sunt ꝯrie. s. nec̃e est esse ⁊ nec̃e est nõ eẽ sequunt̃. i. recta ꝯñtia deducunt̃ ab antiqs in 3° s. ⁊ 4° ordine. Relique aũt due de nec̃io sz nõ nec̃e nõ esse ⁊ nõ nec̃e eẽ que sunt ꝯdictorie supradictis sunt exẽpla ꝯñtia illarum in scdo. s. et pmo ordine. Unde antiqui in 3° ⁊ 4° ordine oĩa recte fecerunt: in pmo aũt ⁊ scdo peccauerũt: nõ quo ad oĩa sed quo ad enunciationes de nec̃io tñ ⁊c̃. ¶ Scdo cum dicit.

¶ Huius enim necesse est non eẽ: non est hec negatio: non necesse est eẽ: Fieri enim non potest vt de eodem ambe sint vere: quod enim necesse est non eẽ: id non necesse est esse.

¶ Non enim est negatio eius qd̃ est necesse non esse: non necesse est esse: contingit enim esse veras vtrasq; in eodem. Quod enim est necessarium non eẽ: non est necessarium esse.

¶ Rñdet cuidã tacite obiectioni q̃ defendi posset ꝯñtia enũciatiõis de nec̃io in pmo ordine ab antiqs facta. Est aũt obiectio tacita talis. Nõ posse eẽ ⁊ nec̃e nõ eẽ ꝯuertibilr se sequunt̃ in 3° ordine iã approbato. ergo possibile esse ⁊ nõ necesse eẽ invicẽ se seq debẽt in pmo ordine. Tenet ꝯñtia quia duorum ꝯuertibilr se sequẽtiũ: ꝯdictorie mutuo se sequunt̃: sed ille due tertij ordis ꝯuertibilr se sequunt̃. ⁊ iste due pmi ordis sunt earum ꝯdictorie. ergo iste pmi ordis. s. posse eẽ ⁊ nõ nec̃e esse mutuo se sequunt̃. Huic inquã obiectiõi rñdet Aristo. h iterimẽdo minorẽ que ad h qd̃ assumit. s. ꝙ. nec̃ia pmi ordis ⁊ nec̃ia tertij ordis sunt ꝯdictorie. Unde dicit. Nõ. n. ẽ negõ ei⁹ qd̃ ẽ: nec̃e nõ eẽ q̃ erat in 3° ordine: illa q̃ dicit nõ nec̃e est eẽ q̃ sita erat in p° ordine. Et cãm subdit quia ꝯtigit vtrasq; sil̃ eẽ veras in eodẽ: qd̃ ꝯdictoriorum repugnat. Illud. n. idẽ qd̃ est nec̃ium nõ eẽ: nõ est nec̃iũ eẽ. Nec̃iũ siquidẽ ẽ hoiem nõ eẽ lignũ: ⁊ nõ nec̃iũ est hoiem eẽ lignũ. Adverte ꝙ vt ĩfra patebit iste due de nec̃ario q̃s posuerũt antiq in p° ⁊ 3° ordine sũt subalterne. ⁊ iõ sunt sil̃ vere: ⁊ deberẽt eẽ ꝯdictorie. ⁊ iõ erraverũt antiq. Boeti⁹ aũt ⁊ Averrois nõ rephẽsiue legũt tã hãc q̃ pcedẽtem tex. pticulã. sz narratiue vtrãq; sil̃ iũgẽtes. Narrare enim aiũt Aristotelẽ q̃litatẽ scripte figure quo ad ꝯñaz il- Boeti⁹ Aver.

larũ de neĉio: postq̃ narrauit quo mõ se habuerint ille de ĩpossibili: ⁊ dicẽ q̃ sm pscriptã figurã nã eodẽ mõ sequunt̃ illas de possibili ille de neĉio quo sequunt̃ ille de ĩpossibili. Naꝫ ꝯdictorias de possibili ꝯdictorie de ĩpossibili sequunt̃: sꝫ ꝯuersim. Cõtradictorie aũt de neĉio nõ dñr seq̃ illas ꝯdictorias de possibili: sꝫ potꝰ eas seq̃ dñr ꝯrie de neĉio: nõ inter se ꝯue: sꝫ hoc mõ q̃ affirmationẽ possibilis negatio de neĉio sequi dĩ: negõnẽ võ possibilis nõ affirmatio de neĉio seq̃ ponit̃ que sit ꝯdictoria illi negatiue que ponebat̃ seq̃ ad possibilẽ. sꝫ talis affirmatiõ is de neĉio ꝯrio. Et q̃ h ita fiat in illa figura vt diximꝰ. pꝫ ex pmo ⁊ 3° ordine: quoꝝ capita sũt negatio ⁊ affirmatio possibilis: ⁊ extrema sunt nõ neĉe eẽ ⁊ neĉe nõ eẽ. De sig dcꝫ nõ sunt ꝯdictorie. Nõ eni est negatio eiꝰ qd̃ est neĉe nõ eẽ: nõ neĉe eẽ: q̃ꝛ ꝯtingit eas simil̃ verificari de eodẽ. Sꝫ illa. s. neĉe nõ eẽ est ꝯria ꝯdictorie huiꝰ. s. nõ neĉe eẽ: que est neĉe est eẽ. Sed q̃a sequẽti lr̃e magis ꝯsona est introductio nr̃a que ẽt Alberto ꝯsentit. ⁊ extorte videt̃ ab alijs exponi illi ꝯrie. iõ pꝰ iudicio meo acceptãda ẽ expõ: ⁊ ad antiquoꝝ rephẽsionẽ referẽdus ẽ textꝰ. ¶ 3° cũ dic̃.

Albertꝰ

¶ Causa aũt dissimilitudinis huiꝰ hec eẽ videt̃. Impossibile eni idẽ põt qd̃ necessariũ: cũ ꝯtrario assignat̃ modo: qd̃ eni impossibile est esse. Id nõ sane necesse est esse: sed necesse est nõ eẽ: ⁊ quod impossibile est nõ eẽ: id necesse est eẽ. Quãobrẽ si ille perinde sese habent atq̃ possibilis ⁊ nõ possibilis: enuntiationes he non eodeꝫ mõ: ħ ꝯrio mõ sese hẽbunt. Quippe cũ necessariũ ac impõle nõ idẽ significent: nisi verso modo fuerint assignatã queadmodũ diximus.

¶ Causa aũt est cur nõ sequit̃ silr cũ ceteris q̃ꝛ ꝯtrarie impõle reddit̃ idẽ valẽs neĉario. Nã si ipõle est eẽ: neĉe est nõ esse. Si võ impõle est hoc nõ eẽ neĉariũ est eẽ. Quare si illa sequunt̃ põle ⁊ nõ: hec ex opposito. q̃ꝛ non significant idẽ neĉariũ ⁊ ĩpossibile: sed vt dcm̃ est ꝯtrarie.

¶ Manifestat id qd̃ pmiserat. s. q̃ nõ simili mõ ad illas de possibili sequunt̃ ille de ĩpossibili ⁊ ille de neĉio. Antiquoꝝ. n. hoc pctm̃ fuit tã in p q̃ꝫ in 2° ordine. ⁊ q̃ silĩ mõ strulerũt illas de ĩpossibili et neĉio. In pmo sigdẽ ordine sicut posuerunt negatiuã simplicẽ de ĩpossibili ita posuerũt negatiuã simplicẽ de neĉio: ⁊ silr in 2° ordine vtrãq̃ negatiuã declinatã locauerũt. Hoc g̃ q̃re pctm̃ sit ex causa ẽt q̃re neĉariũ nõ sequit̃ possibile silr. i. eodẽ mõ cũ ceteris. s. de ĩpossibili est: q̃ꝛ impõle reddit̃ ideꝫ valẽs necessario. s. equalet neĉio ꝯrie. i. ꝯrio mõ sumptũ ⁊ non eodẽ mõ. Nã si hoc ẽt est ĩpossibile nõ inferemus. g̃ hoc eẽ est neĉe. sꝫ h nõ eẽ est neĉe. Quia g̃ ĩpossibile ⁊ neĉe mutuo se sequuntur: q̃ꝛ dicta eoꝝ ꝯrio mõ sumant̃: ⁊ nõ q̃ꝛ dicta eoꝝ silĩ mõ sumunt̃: seq̃t̃ q̃ nõ eodeꝫ mõ ad possibile se hẽant ĩpossibile ⁊ neĉariũ: sed ꝯrio mõ. Nã ad id possibile qd̃ sequit̃ dcm̃ affirmatũ de ĩpossibili: sequitur dcm̃ negatũ de neĉario ⁊ ecõtrario. Quare aũt hoc accidit ĩfra dicet̃. Errauerũt igit̃ antiq̃ q̃ siles enũtiationes de ĩpossibili ⁊ neĉio in pmo ⁊ in scd̃o ordine locauerunt. Hinc appet q̃ supra posita nr̃a expõ ꝯsinior est Aristo. Cũ. n. hũc. tex. idux̃erit ad manifestãdũ illa v̄ba, Manifestũ est aũt q̃ꝛ nõ eodẽ mõ ⁊c. Ideo accipiẽda sunt sensu illa v̄ba quo hic p eũm manifestant̃. Liquet aũtẽ q̃ hic reddit̃ cã dissimilitudis vere iter neĉias ⁊ ĩpossibiles in ꝯsequẽdo possibiles: ⁊ nõ dissimilitudines falso opinate ab antiquis: q̃ꝛ ex vera cã nõ nisi veꝝ ꝯcludit̃. ergo rephendẽdo antiquos verã dissimilitudineꝫ inter neĉarias ⁊ impossibiles in ꝯsequẽdo possibiles quã nõ seruarunt illi: pposuisse tũc intelligendũ est ⁊ nũc cã manifestasse. Quod aũt dissimilitudo illa quã antiq̃ posuerunt inter necessarias ⁊ ĩpossibiles sit falso posita ex infra dicẽdis patebit. Ostẽdet̃ eni q̃ ꝯdictorias de possibili ꝯdictorie de necessario sequunt̃ conuersim. Et q̃ in hoc nõ differũt ab his que sunt de ĩpossibili: sꝫ differũt in hoc qd̃ mõ diximus: q̃ possibiliũ ⁊ impossibiliũ se ꝯsequẽtiũ dcm̃ est similiter. Possibiliũ aũt ⁊ necessarioꝝ se inuicẽ ꝯsequẽtiũ dictũ est ꝯrũ. vt infra clara luce videbit̃. ¶ 4° cũ dicit.

¶ At fieri nõ põt vt hoc pacto collocent̃ neĉarij ꝯtradictiões. qd̃ enim neĉe est eẽ. Id possibile est esse. nã si ita nõ sit: sequet̃ sane negatio. quippe cuꝫ neĉe sit affirmare: aut negare. Quare si nõ possibile est eẽ: impossibile est eẽ. impõle est igit̃ id igit̃ id eẽ: qd̃ neĉe est: qd̃ q̃deꝫ absurdissimũ eẽ constat. Atq̃ hanc possibile est eẽ: sequitur hec: nõ impossibile est eẽ: at hãc sequit̃ illa: non necesse est eẽ. quo fit vt qd̃ necesse est esse: Id non neĉe sit eẽ: qd̃ absurdissimum est.

¶ At certe impossibile est sic poni neĉarij contradictiones. Naꝫ qd̃ necessarium est eẽ: possibile est eẽ. Nam si non: negatio consequit̃. Necesse est eniꝫ aut dicere aut negare. Quare si nõ possibile est eẽ. impossibile est eẽ. Igit̃ impossibile est eẽ qd̃ necesse est eẽ: qd̃ est incõueniẽs. At võ illud qd̃ est possibile eẽ: nõ impossibile eẽ sequitur. Hoc võ illud quod est: non necessarium est eẽ. Quare contingit qd̃ est necessariũ esse: nõ eẽ neĉariũ eẽ. Qd̃ est incõueniẽs.

¶ Manifestat aliud qd̃ pposuerat. s. q̃ ꝯdictorie d neĉario male situate sint sm ꝯñtiã ab antiq̃s: qui ꝯdictiones neĉarij ita ordinauerũt. In p ordine posuerũt ꝯdictoriã negõnẽ: necesse eẽ. i. nõ necesse esse: ⁊ in scd̃o ꝯdictoriam negõnẽ necesse nõ eẽ. i. nõ neĉe nõ eẽ. Et pbat hũc ꝯñtie modũ esse malũ in pmo ordine. Cognita. n. malitia pmi facile ẽ scd̃i ordinis agnoscẽ defectũ. Probat aũt hoc tali rõne ducẽte ad impõle. Ad neĉariũ eẽ sequit̃ possibile eẽ aliter sequeret̃ nõ põle eẽ: qd̃ manifeste implicat. Ad possibile eẽ. sequit̃ nõ impõle eẽ. vt pꝫ. Ad nõ impossibile eẽ sm antiquos seq̃t̃ in pmo ordine nõ necessariũ eẽ: g̃ de pmo ad vltimũ: ad neĉariũ eẽ sequit̃ nõ neĉariũ esse. Qd̃ est incõueniens: q̃ꝛ est manifesta implicatio ꝯdictionis. Relinquit̃ g̃ q̃ male dcm̃ sit q̃ nõ neĉariũ eẽ ꝯseq̃tur in pmo ordine. Ait g̃ ⁊ certe impõle poni sic sm ꝯsequẽtiã vt antiq̃ posuerũt neĉarij ꝯdictiones. i. illas duas enũtiatiões de neĉario que sunt negões ꝯdictorie aliarũ duaꝝ de neĉio. Nã ad id qd̃ ẽ neĉiuꝫ eẽ: seq̃t̃ põle est eẽ. Nã si nõ. i. q̃ꝛ si hãc negaueris ꝯñaꝫ: negatio possibilis seq̃t̃ illã. s. neĉe eẽ. Neĉe est eni de neĉio aut dicẽ. i. affirmare põle: aut negare possibile. De q̃libet. n. ẽ affirmatio vel negatio vera. Quare si dicas q̃ ad neĉe eẽ nõ sequtur possibile eẽ: sꝫ nõ põle est eẽ: cũ hec equalet illi que dicit: ipõle est eẽ: relinq̃t̃ q̃ ad neĉe eẽ sequit̃ impossibile eẽ: ⁊ idẽ erit necesse eẽ ⁊ ĩpossibile eẽ: qd̃ est incõueniẽs. Bona g̃ erat pma illatio. s. neĉe eẽ: ergo possibile est esse: Tunc vltra. Illud qd̃ est possibile esse: sequit̃ nõ impossibile eẽ. vt pꝫ in pmo ordine. Ad hoc võ. s. nõ ĩpossibile eẽ

ſm antiquos eodē ꝑmo ordīe ſeqꝫ nō neceſſe eſt eē.q̄re ꝯtingit de ꝑmo ad vltimū:ad id qḋ eſt nec̄iuz eē.ſequiꝫ
Dubium nō nec̄iuz eē:qḋ ē icōueniēs imo ipoſſibile. Dubitaꝫ hic
C.ꝯ.14. q: in ꝑmo prioꝝ dr̄ ꝙ ad poſſibile ſeqꝫ nō nec̄iuz.hic aūt
R̄nſio dr̄ oppoſitū.Ad h̄ eſt dicēdum ꝙ poſſibile ſumiꝫ dupl̄r. Uno mō in cōi:ꝛ ſic eſt qḋdā ſupius ad nec̄iuz ꝛ ꝯtingēs ad vtrūqꝫ.ſicut aīal ad hoīez ꝛ bouē:ꝛ ſic ad poſſibile nō ſequiꝫ nō nec̄iuz:ſicut ad aīal nō ſequiꝫ nō hō.Alio mō ſumiꝫ poſſibile pro vna pte poſſibilis in cōi.i.ꝑ poſſibili ſeu ꝯtīgēti.i.ad vtrūqꝫ.i.qḋ pōt eſſe ꝛ nō eē.ꝛ ſic ad poſſibile ſeqꝫ nō neceſſariū.Qḋ.n.pōt eē ꝛ nō eſſe.nō nec̄iuz eſt eſſe:ꝛ ſil̄r nō neceſſariū eſt non eſſe. Loquimur ḡ hic de poſſibili in cōi:ibi vō in ſpāli.¶ Deinde cum dicit.

¶ At vō neqꝫ hec neceſſe eſt eſſe:neqꝫ iſta nec̄e eſt nō eſſe:ſequiꝫ illam poſſibile eſt eſſe:ei nāqꝫ qḋ poſſibile eſt ambo accidere poſſūt. vtrauis aūt iſtaꝝ ſit vera:illa nō erūt ꝑfecto vera. ſimul enim poſſibile eſt: ꝛ eſſe ꝛ non eſſe. Si vō neceſſe eſt eſſe:aut nō eſſe:nō erit poſſibile eē:atqꝫ non eſſe.reſtat igitur vt hec non neceſſe eſt non eſſe:hanc poſſibile eſt eſſe ſequatur.

¶ At vō neqꝫ neceſſariū eſſe ſeqꝫ poſſibile eſſe neqꝫ neceſſariū nō eſſe. Illi.n. vtraqꝫ ꝯtingit accidē. Hoꝝ aūt vtrūlibet veꝝ fuerit: nō erūt illa vera. Simul.n.poſſe eē ꝛ nō eē. Si vō nec̄e eſt eſſe vel nō eſſe:nō erit poſſe vtrūqꝫ. Relinquiꝫ ḡ nō neceſſariū nō eſſe:ei qḋ eſt poſſe eſt eſſe.

¶ Determinat veritatē intētā.Et circa h̄ tria facit. Primo determinat que enūtiatio de nec̄io ſequaꝫ ad poſſibile.2° ordinat ꝯñas oīuz modaliuz.ibi[Sequunꝫ enim.] Quo ad ꝑmū ſicut duabus vijs reꝑhēdit antiq̄s:ita ex illis duobus motiuis intētū ꝓbat.Et itēdit ꝙ ad poſſibile eſſe ſequiꝫ nō neceſſe nō eſſe. Primū motiuū eſt per locū a diuiſione.Ad poſſibile eē nō ſeqꝫ(vt ꝓbatū eſt)nō neceſſe eē.At vō neqꝫ neceſſe eſſe neqꝫ neceſſe non eſſe. Reliquū eſt ḡ vt ſequaꝫ ad eā:nō neceſſe nō eſſe.nō enī dantur plures enūtiationes de neceſſario. Dui° rōnis diuiſiue.ꝑmo ꝑponit reliq̄ duo mēbra excludenda dicens [At vō neqꝫ nec̄iuz eſſe neqꝫ nec̄iū nō eſſe ſequiꝫ ad poſſibile [illegible] eſſe.] 2° ꝓbat h̄ ſic. Nullū formale ꝯñs minuit ſuū aūs.tūc.n.oppoſitū ꝯñtis ſtaret cū aūte. Sꝫ vtrūqꝫ
hoꝝ.ſ.neceſſe eſſe:ꝛ neceſſe nō eſſe minuit poſſibile eſſe. ergo ꝛc̄. Uñ tacita maiore pōit minoris ꝓbationē dicēs. Illi.n.ſ.poſſibile eē vtraqꝫ.ſ.eē ꝛ nō eē ꝯtingit accidere: hoꝝ aūt.ſ.neceſſe eſſe ꝛ neceſſe nō eſſe vtrūlibꝫ veꝝ fuerit nō erūt illa duo.ſ.eſſe ꝛ nō eſſe vera ſimul in potētia. Et ꝑmū hoꝝ explanās ait:cū dico poſſibile eſſe:ſimul eſt poſſibile eſſe ꝛ nō eſſe.Quo ad ſcḋꝫ vō ſubdit. Si vō dicas neceſſe eſſe vel neceſſe nō eſſe:nō remanet vtrūqꝫ.ſ. eſſe ꝛ non eſſe poſſibile.Si.n.nec̄e eſt eſſe:poſſibilitas ad nō eē excludiꝫ:ꝛ ſi nec̄e eſt nō eſſe poſitas ad eē remouetur.Utrūqꝫ ḡ iſtoꝝ minuit illō aūs poſſe eſſe.qm̄ ad eſſe ꝛ nō eſſe ſe extēdit ꝛc̄.3° ſubdit ꝯcluſionē:relinquiꝫ ḡ ꝙ nō nec̄iuz nō eē comes eſt ei q̄ dicit poſſe eſſe:ꝛ ꝯñter hec ponēda erit in ꝑmo ordīe ꝛc̄.
Dubium ¶ Occurrit in hac pte dubiū circa h̄ qḋ dicit ꝙ ad poſſe nō ſeqꝫ nec̄iuz:cū ſupius dixerit ꝙ ad ipꝫ nō ſeqꝫ nō nec̄iuz.Cū.n.nec̄iuz ꝛ nō nec̄iuz ſint ꝯdictoria oppoſita ꝛ de quolibꝫ ſit affirmatio vel negatio vā:nō videꝫ poſſe euadi qn ad poſſe ſequaꝫ nec̄iuz vel nō nec̄iuz:ꝛ cū nō ſequaꝫ nec̄iuz ſequaꝫ nō nec̄iū.vt dicebāt antiqui.Augeꝫ ꝛ dubitatio ex eo qḋ Ariſtoteles nūc nūc viſus eſt tali argumētatiōis mō volēs ꝓbare ꝙ ad nec̄iū ſequaꝫ poſſe.Dixit.n. Nā ſi nō:negatio poſſibilis ꝯſeq̄ꝫ. Neceſſe eſt.n.aut dicere aut negare.¶ Pro ſolone hui° R̄nſio
opꝫ reminiſci habitudinis que eſt iter poſſe ꝛ nec̄iuz ꝙ.ſ. poſſibile eſt ſupius ad nec̄iuz:ꝛ attēdꝫ ꝙ ſupius poteſtate ꝯtinet ſuū iferi°:ꝛ ei° oppoſitū:ita ꝙ neutrū coꝝ actualiter ſibi vēdicat.ſed vtrūqꝫ pōt ſibi ꝯtingere:ſicut aīali pōt accidere hō ꝛ nō hō:ꝛ ꝯñr iſpicere debes:ꝙ eadē eſt ꝓportio ſupioris ad habēdū affirmationē ꝛ negationem vni° iferioris que eſt alicui° ſubei ad affirmatiuā ꝛ negatiuā futuri ꝯtigētis.Utrobiqꝫ.n.neutrū hꝫ ꝛ ſaluaꝫ potētia ad vtrūlibet.Uñ ſicut in futuris ꝯtingētib° nec affirmatio nec negatio eſt determinate vera.ſꝫ ſub diſiūctione altera eſt nec̄io vera:vt in fine ꝑmi ꝯcluſū eſt.ita nec Lec.h.
affirmatio nec negatio iferioris ſeqꝫ determinate affirmationē vel negationē ſupioris.ſꝫ ſub diſiūctione altera ſeqꝫ nec̄io.Uñ nō valet:eſt aīal.ḡ eſt hō : neqꝫ ḡ non eſt hō.Sed ḡ eſt hō vel nō eſt hō : q: ḡ poſſibile ſupius eſt ad nec̄iuz.iō optime determinauit Ariſt.neutrā ꝯditionis ptē de nec̄io determinate ſeq ad poſſe. Nō tñ dixit ꝙ ſub diſiūctione neutra ſeq̄ꝫ.h̄.n.eſt ꝯ illud ꝑmū ꝑncipiū de quolibet eſt affirmatio vera vel falſa. Ad id aūtē qḋ addiꝫ ex eadē trahiꝫ realr̄ mīſio. Quia.n.nec̄iuz iferius eſt ad poſſe.ꝛ iferius nō in potētia ſed in actu icludit ſuū ſupius:nec̄e eſt ad iferius determinate ſequi ſuū ſupius: ſil̄r determinate ſeq̄ꝫ ei° ꝯdictoriū.Uñ per diſſimilē habitudinē que eſt iter nec̄iuz ꝛ poſſe ꝛ nō poſſe ex vna pte: ꝛ iter poſſe ꝛ nec̄iuz ꝛ nō nec̄iuz ex altera pte:ibi optim° fuit ꝓceſſus ad alterā ꝯdictionis ptez determinate:ꝛ hic optim° ad neutrā determinate.¶ Oriꝫ quoqꝫ alia dubitatiūcula.Uideꝫ.n.ꝙ Ariſtoteles diffor miter accipiat li poſſe Dubium
in ꝓcedēti tex.ꝛ in iſto. Ibi.n.accipit ipſuz in cōi vt ſeqꝫ ad nec̄iuz.hic videꝫ accipe ipſuz ſpāl̄r pro poſſi ad vtrūlibet.q: dicit ꝙ poſſe eſt ſimul potēs eē ꝛ nō eē.¶ Et ad h̄ R̄nſio
dicēdū eſt ꝙ vniformiter viſus ē poſſi:nec ei° vba obſtāt: qm̄ ꝛ de poſſi in cōi veꝝ eſt dicꝫ ꝙ pōt ſibi vtrūqꝫ accidē ſcilꝫ eſſe ꝛ nō eſſe. Tū q: qcqd verificaꝫ de ſuo iferiori: verificaꝫ etiā de ſuo ſupiori lꝫ nō eodē mō. Tū q: poſſe in cōi neutrā ꝯditiōis ptē ſibi determiat ꝛ ꝯñter vtrūqꝫ ſibi aduenire cōpatiꝫ:lꝫ nō aſſerat potētiam ad vtrūqꝫ ptē:quēadmodū poſſibile ad vtrūqꝫ. ¶ Scḋm motiuū ad idem correſpōdēs tacite obiectioni antiquoꝝ quā ſupra excluſit addit cū ſubdit.¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec.n.eſt vera ꝑfecto ſi de hac quoqꝫ dicaꝫ: neceſſe eſt eē. Hec ꝛ ꝯtradictorie ei opponiꝫ:q̄ ſequiꝫ illā:nō poſſibile eſt eſſe. Illā nāqꝫ ſequitur: he impoſſibile eſt eſſe ꝛ neceſſe eſt non eſſe.cui° negatio eſt hec:nō neceſſe eſt nō eſſe.

¶ Hoc.n. veꝝ eſt ꝛ de neceſſe non eſſe. Hec enī fit ꝯtradictio ei° que ſequiꝫ nō poſſibile eē. Illō enī ſequiꝫ h̄ ꝙ eſt impoſſibile eſſe: ꝛ neceſſe nō eſſe:cuius negatio eſt:nō neceſſe nō eſſe.

¶ Ubi notādū ꝙ Ariſtoteles ſub illa maiore adducta pro antiquis.ſ.ꝯuertibil̄r ſe ꝯñtiū ꝯdictoria ſe mutuo ꝯſequunꝫ: ſubſumit minorē.Sed hoꝝ ꝯuertibil̄r ſe ſeq̄ntiū in tertio ordine.ſ.nō poſſe eſſe ꝛ neceſſe nō eſſe ꝯdictoria ſunt: poſſe eſſe:ꝛ nō neceſſe nō eſſe:qm̄ modi negatione eis opponunꝫ.ḡ iſte due.ſ.poſſe eſſe:ꝛ nō neceſſe nō eſſe:ſe cōſequunꝫ:ꝛ in ꝑmo locādē ſūt ordine.Unde motiuū tāgēs ait. Hoc.n.qḋ dctū eſt veꝝ ē.i.veꝝ eſſe oñdiꝫ ꝛ de neceſſe nō eſſe.i.ꝛ ex illi°.ſ.nō neceſſe nō eſſe oppoſita:que eſt neceſſe nō eſſe. Uel h̄.n.ſ.nō nec̄e nō eſſe:veꝝ eſt.ſ.ꝯdictoriū illi° de nec̄e nō eſſe.Et minorē ſubdēs ait. Hec.n.

s. nō neccē nō esse sit ꝯdictio ei⁹ que ꝯuertibilr seqꝫ: non possibile esse: ꝛ explanans h̄ in terminis subdit. Illud .n. nō possibile esse qđ est caput tertij ordinis: seqꝫ h̄ de impossibili. s. ipossibile esse: ꝛ hec de necessario. s. necesse nō esse: cui⁹ negatio seu ꝯdictoria est: nō necesse non esse. Et qꝛ ceteris parib⁹ modus negaꝫ. ꝛ illa posſe eē est subaudi ꝯdictoria illi⁹. s. nō possibile. Igiꝫ ista duo mutuo se ꝯsequunꝫ. s. posſe esse ꝛ nō necesse nō esse tanq̄ ꝯdictoria duoꝝ se mutuo consequentium. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sequuntur igiꝫ ꝛ hec ꝯtradictiones perinde atq̄ cetere. Atqui nullum prorsus absurdum videtur emergere si hoc pacto ponatur.

¶ Sequunꝫ .n. ꝛ he ꝯtradictiones sm̄ p̄dictum modum: ꝛ nihil impossibile ꝯtingit sic positis.

¶ Ordinat oēs ꝯsequētias modaliū sm̄ opinionē ꝓpriā: ꝛ ait ꝙ he ꝯdictiones. s. de necīo sequunꝫ illas de posi sꝫ modū p̄dictū approbatū illaꝝ de ipossibili. Sicut .n. ꝯdictorias de possibili ꝯdictorie de ipossibili sequunꝫ: lꝫ cōuersim. ita ꝯdictorias de possibili ꝯdictorie de necīo sequunꝫ ꝯuersim: lꝫ in h̄ (vt dcm̄ est) dissimilitudo sit ꝙ ꝯdictoriaꝝ de possibili ꝛ impossibili simile est dictū: ꝯdictoriaꝝ aūt de possibili ꝛ necessario ꝯtrium est dictuꝫ. vt in sequenti videtur figura.

¶ Consequentie enuntiationum modalium sm̄ quatuor ordines ab Aristo. posite ꝛ ordinate.

Primus ordo.
Possibile est eē
Contingēs est esse
Nō impose est eē
Nō neccē ē nō eē

Scđs ordo.
Possibile ē nō eē
Contingēs ē nō eē
Nō ipose ē nō eē
Nō necesse est eē

Tertius ordo
Nō possibile est eē
Nō ꝯtingens est eē
Impossibile est esse
Necesse est nō esse

Quartus ordo
Nō pose est nō esse
Nō ꝯtigēs ē nō eē
Impose est nō esse
Necesse est esse

Ubi vides ꝙ nulla est iter Arp̄lem ꝛ antiquos dr̄ia nisi in duob⁹ p̄mis ordinib⁹ quo ad illas de necīo. Prepostero nāq; situ vsi sūt antiq eā de necīo que locāda erat in primo ordine in scđo ponētes. ꝛ eā que in scđo ponēda erat in p̄mo locātes. Et aspice quoq; ꝙ ꝯuertibilr se ꝯsītiam semꝑ ꝯdictoria se ꝯsequi ordinauit. Singulas .n. tertij ordinis singula primi ordinis ꝯdictoria sunt: ꝛ silr singula quarti ordinis singula que in scđo sunt: ꝯdictoria sunt. Quod antiqui nō obseruarūt. LECTIO. XI.

¶ Ambiget aūt quispiā si hāc necesse est esse illa possibile est esse sequaꝫ: nā si nō sequaꝫ: ea sane sequeꝫ que ꝯtradictorie illi opponiꝫ: que qđem est nō possibile est esse: qđ si quispiā nūc hāc dixerit ꝯtradictorie oppositā illi eē: necesse est illā hāc esse dicē: pose est non eē: quaꝝ vtraq; falsa est: si de hac dicaꝫ vt pꝫ necesse est eē: quare illa possibile est eē: sequiꝫ hanc necesse est esse.

¶ Dubitabit aūt aliquis si illđ qđ est necessariū eē possibile sequaꝫ. Nā si nō sequaꝫ: ꝯtradictio sequiꝫ nō possibile eē. Et si quis dicat nō hāc eē ꝯtradictionē: necesse est ipsum dicere: possibile nō esse. sed vtraq; false sūt de necesse esse.

POstq̄ Arist. declarauit modalium ꝯsītias. h̄ mouet quandā dubitationē circa vnū eoꝝ q̄ determinata sūt. s. ꝙ pose seqꝫ ad neccē. Et duo facit qꝛ p̄mo dubitationē absoluit. 2° ex determinata qōne aliū ordinē earūdeꝫ ꝯsīaꝝ modalib⁹ statuit. ibi Et est fortasse. Circa p̄m̄ duo fac. Primo mouet q̄onē. 2° determinat eā. ibi Manifestū est. Mouet ḡ qōnē p̄mo dicēs. Dubitabit aūt aliqs si ad id qđ est necesse esse sequatur possibile esse. Et 2° arguit ad partē affirmatiuā subdēs. Nā si nō sequaꝫ. ꝯdictoria ei⁹ sequeꝫ. s. nō possibile esse: vt supra deductū est: qꝛ de quolibet est affirmatio vel negatio vera. ꝛ si quis dicat hāc. s. nō possibile eē: nō eē ꝯdictoriā illi⁹. s. possibile eē: ꝛ ꝓpterea subterfugiēdū velit argu^m: ꝛ diceret: ꝙ neutra haruꝫ sequiꝫ ad necesse esse. Talis lꝫ falsuꝫ dicat: tn̄ ꝯcedaꝫ sibi: qm̄ necesse erit ipsuꝫ dicere illi⁹ ꝯdictoriā fore: possibile nō eē. Opꝫ nāq; aut non possibile esse: aut possibile nō esse: esse ꝯdictoriā possibile eē: ꝛ tūc in eūdē redibit errorē. qm̄ vtraq;. s. nō possibile esse ꝛ possibile nō eē false sūt de eo qđ est necesse eē. Et ꝯsequēter ad ipsuꝫ neutra sequi pōt. Nulla .n. enūciatio sequiꝫ ad illā cui⁹ veritatē destruit. Relinquiꝫ ergo ꝙ ad necesse esse sequiꝫ possibile esse. ¶ Tertio arguit ad partē negatiuā cum subdit.

¶ At vero idē rursus videꝫ eē posſe secari ac nō secari: ꝛ eē atq; nō eē. Ex quo fit vt id qđ neccē est esse: sit contingēs non esse: qđ quidē est falsuꝫ.

¶ At vero rursus idē videꝫ esse possibile aliquid incidi ꝛ non incidi ꝛ esse ꝛ nō esse. Quare erit necesse esse ꝯtingere nō esse. hoc aūt falsum est.

¶ Et itēdit talē rōnē. Si ad necesse eē sequiꝫ pose esse: cū ad pose sequaꝫ possibile nō esse: per ꝯuersionē in oppositā q̄litatē: vt dr̄ in p̄mo poꝝ. qꝛ idē est pose eē ꝛ nō esse: sequeꝫ de p̄ad vltimū ꝙ neccē eē: ē pose nō eē: qđ ē falsū manifeste. Uñ oppōnis hypothesim subdit. At vero rursus videꝫ idē possibile esse ꝛ nō eē vt domus: ꝛ pose incidi ꝛ nō īcidi vt vestis. Quare de p̄mo ad vltimū neccē eē erit ꝯtingēs nō eē. Hoc aūt est falsum: ḡ hypothesis illa. s. ꝙ possibile sequaꝫ ad necesse est falsa. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Patet igiꝫ nō oē qđ possibile est: vel esse: vel ambulare: illa etiā opposita posse. Sed esse nō nulla in q̄bus illud nō esse veꝝ videꝫ: vt in hisce que sine rōne possunt. quo pacto ignis calefacere pōt ꝛ potētiā hꝫ rōnis expertē: potētie igitur he que sūt participes rōnis: eedeꝫ plurium sunt ꝯtrarioꝝ. at he que sūt rōnis expertes nō oēs: sꝫ ignis vt dictū est nō pōt nō calefacere: neq; cetera oīa que semꝑ sūt actu. Aliqua tn̄ eoꝝ que potētias habēt rōnes expertes: simul opposita suscipe

scipe possit. Uez hoc q̄dē huiusce gr̄a dictū ē:
vt ostēdamus nō oēm potētiā oppositoꝝ esse:
nec ois eas que sub eadem specie collocant̄: nō
nulle autem potentie equiuoce sunt.

¶ Manifestū est aūt qm̄ nō esse possibile eē vel
ambulare ad opposita valet: sed est in q̄bus nō
sit veꝝ. Et primū q̄dē in his que nō ꝯm rōnem
possūt: vt ignis calefactibilis est ⁊ hꝫ vim irra-
tionabilē. Ergo ꝯm rōnē potestates ipse eedeꝫ
plurimoꝝ etiā ꝯtrarioꝝ sunt. Irrōnales ꝟo nō
oēs: sed quēadmodū ignē nō esse possibile nō ca
lefacere: vel quecūqꝫ alia semp agunt. Alia ꝟo
possunt ⁊ ꝯm irrōnabiles potestates simul q̄dā
opposita. Sed hoc iccirco dictuꝫ est quoniam
non omnis potestas oppositoꝝ est: neqꝫ que-
cunqꝫ ꝯm eandem speciem dicuntur.

¶ Rn̄det dubitationi. Et p̄mo declarat veritateꝫ simplr̄.
2° applicat ad ꝑpositū. ibi [Hoc igit̄ possibile.] Propo
nit ḡ p̄mo ipsaꝫ veritatē declarādā dicēs. Manifestū est
aūt ex dicēdis: ꝙ nō oē possibile esse vel ambulare. i. opa-
ri. i. nō oē posse ꝯm actū p̄m vel scḋm: ad opposita valet. i.
ad opposita viā hꝫ. sed est inuenire aliq̄ possibilia in q̄bus
nō sit veꝝ dicere ꝙ pñt in opposita. Deinde q̄r possibile
a potētia nascit̄: manifestat q̄liter se habeat potētia ipsa
ad opposita. Ex h̄. n. claꝝ erit q̄uo possibile se hēat ad op
posita. Et circa h̄ duo facit. Primo manifestat h̄ in potē-
tijs eiusdē rōnis. 2° in his que equoce dicunt̄ potētie. ibi
[Quedā ꝟo.] Circa p̄m tria facit. q̄r p̄mo mādifestat q̄liter
potētia irrationalis se hēat ad opposita: ⁊ ait ꝙ potentia
irrōnalis nō pōt in opposita. Ubi notādū est ꝙ sicut dr̄ Lec.2.& cō.5.
9° meta. potētia actiua cū nihil aliud sit q̄ p̄ncipiū quo
in aliud agim° diuidit̄ in potētiā rōnalē ⁊ irrationalem.
Potētia rōnalis est que cū rōne ⁊ electione opat̄ sic ars
medicine: qua medicus cognoscēs q̄d sanādo expediat i-
firmo: ⁊ volēs applicat remedia. Potentia aūt irrōnalis
vocat̄ illa que nō ex rōne ⁊ libertate opat̄. sꝫ ex nāli sua
dispōne: sicut calor ignis potētia irrōnalis est: q̄r calefa-
cit nō vt cognoscit ⁊ vult. sꝫ vt nā sua exigit. Assignat̄ āt
ibidē duplex dr̄ia ꝑposito deseruiēs īter istas potentias.
Prima est ꝙ actiua potētia irrōnalis nō pōt duo opposi
ta sed est determinata ad vnum oppositoꝝ: siue sumant̄
opposita ꝯdictorie siue ꝯrie. vbi gr̄a. Calor nō pōt calefa
cere ⁊ nō calefacere que sūt ꝯdictorie opposita: neqꝫ pōt
calefacere ⁊ frigefacere que sūt ꝯria. sed ad calefactionē
determinatus est. Et h̄ intellige per se. q̄r per accn̄s calor
frigefacere pōt: vel resoluēdo māꝫ caloris humidū. i. vel
per antiperistasim ꝯrij. Et silr̄ pōt nō calefacē per accn̄s
i. si calefactibile deest. Potētia aūt rōnalis pōt in opposi
ta ⁊ ꝯdictorie ⁊ ꝯrie. Arte siq̄dē medicine pōt medicus
adhibere remedia ⁊ nō adhibē: que sūt ꝯdictoria. ⁊ adhi
bere remedia sana ⁊ nociua que sūt ꝯria ⁊c̄. 2° dr̄ia est ꝙ
potētia actiua irrōnalis pñte passo nec̄io opat̄ deductis
ipedimēt. Calor. n. calefactibile sibi pñs calefacit nec̄io
si nihil ipediat: potētia aūt rōnalis: passo pñte non nec̄io
opat̄. Pñte siq̄dē īfirmo nō cogit̄ medicus remedia ad-
hibere. Dimittant̄ aūt meta° harum dr̄iaꝝ rōnes: ⁊ ad
textū redeamus. vbi narrāt q̄uo se hēat potētia irrōna-
lis ad oppositū ait. Et p̄mū q̄dē. s. nō est veꝝ dicere ꝙ sit
potētia ad opposita in his que pñt nō ꝯm rōnem. i. in his
quoꝝ posse est ꝑ potētias irrōnales: vt ignis calefactiuus
est. i. est potēs calefacere: ⁊ hꝫ vim. i. potētiā istā irrōnalē.
Ignis siq̄dē nō pōt frigefacere. neqꝫ in ei° potestate est
calefacere ⁊ nō calefacere. Qḋ aūt dixit p̄m ordinē notat
ad scḋꝫ gen° possibilis īfra dicēdū in quo etiā nō inuenit̄
potētia ad opposita. 2° manifestat q̄uo potētia rōnalis se
hēat ad opposita itēdēs ꝙ potētia rōnalis pōt in opposi-
ta. vñ subdit. Ergo ptātes ꝯm rōnē. i. rōnales ipse eedē
sūt ꝯrioꝝ nō solū duoꝝ sed etiā plurimoꝝ. vt arte medi
cine medicus plurima iuga ꝯrioꝝ adhibere pōt: ⁊ a mul
taꝝ opationū ꝯdictionibus abstinere pōt ⁊c̄. Preposuit
aūt li ḡ: vt h̄ ꝯsequi ex dictis insinuaret: cū. n. oppositoꝝ
opposite sint ꝓprietates ⁊ potētia irrōnalis ex eo ꝙ irrō-
nalis ad opposita nō se extēdat. opꝫ potētiā rōnalē ad op
posita viam hr̄e eo ꝙ rōnalis sit ⁊c̄. 3° explanat id qḋ di-
xit de potētijs irrōnalib° ꝑꝑ cām īfra assignādā ab ipso.
⁊ intēdit ꝙ illud qḋ dixit de potētia irrōnali. s. ꝙ nō pōt
in opposita nō est veꝝ vlr̄. sed ꝑticulariter. Ubi nota ꝙ
potētia irrōnalis diuidit̄ in potentiā actiuā que est p̄nci
piū faciēdi: ⁊ potētiā passiuā que est p̄ncipiū patiēdi. vbi
gr̄a. potētia ad calorē diuidit̄ in posse calefacere ⁊ in pos
se calefieri. In potētijs actiuis irrōnalib° veꝝ est ꝙ non
pñt in opposita. vt declaratū est. in potentijs aūt passiuis
nō est veꝝ: illud. n. qḋ pōt calefieri pōt etiā frigefieri: q̄r
eadē est mā seu potētia passiua ꝯrioꝝ. vt dr̄ in 2° de celo Lec.4.& cō 18.
⁊ mūdo: ⁊ pōt nō calefieri: q̄r idem est subm̄ ꝑuationis ⁊
forme vt dr̄ in p̄ phys. Et ꝑꝑ h̄ ḡ explanādo ait. Irrōna- Lec.15.& cō.82.
lis ꝟo potētie nō oēs a posse in opposita excludi itelligen
de sūt. Sed ille que sūt quēadmodū potētia ignis calefa
ctiua. ignē nō posse nō calefacere manifestum est. Et vlr̄
quecūqꝫ alia sūt talis potētie ꝙ semp agūt. i. ꝙ q̄ntuꝫ est
ex se nō pñt nō agere. sed ad semp agēdum ex sua forma
necessitant̄. Huiꝰ aūt sūt vt declarauimus oēs potentie
actiue irrōnales. Alia ꝟo sūt talis ꝯditionis ꝙ etiā ꝯm ir
rōnabiles potētias. s. passiuas simul pñt in q̄dā opposita.
vt aer pōt calefieri ⁊ frigefieri. Qḋ ꝟo ait [simul] cadit
supra li pñt ⁊ nō supra li opposita. ⁊ ē sensus. ꝙ simul ali-
q̄d hꝫ potētiā passiuā ad vtrūqꝫ oppositoꝝ: ⁊ nō ꝙ hēat
potētiā passiuā ad vtrūqꝫ oppositoꝝ simul habēdū. op-
posita nāqꝫ ipossibile est hr̄i simul. Uñ ⁊ dici solet ⁊ hr̄i:
ꝙ in hiꝰ est simultas potētie. nō potētia simultatis. Ir-
rōnalis igit̄ potētia nō ꝯm totum suū ambitū a posse in
opposita excludit̄: sed ꝯm ptē ei°. ꝯm potētias. s. actiuas.
Quia aūt videbat̄ supflue addidisse dr̄ias īter passiuas
⁊ actiuas irrōnales: q̄r sat erat ꝓposito oñdisse ꝙ nō ois
potētia oppositoꝝ est. ideo subdit ꝙ h̄ iccirco dictū est.
vt notū fiat qm̄ nedū nō ois potestas oppositoꝝ est loq̄n
do de potētia cōmunissime: sꝫ neqꝫ q̄cūqꝫ potētie dicun-
tur ꝯm eādē spēꝫ ad opposita pñt. Potētie siq̄dē irrōna-
les oēs sub vna spē irrōnalis potētie ꝯcludunt̄: ⁊ tn̄ non
oēs in opposita pñt: sed passiue tm̄. Nō superuacanea ḡ fu
it dr̄ia: īter passiuas ⁊ actiuas irrōnalis sꝫ nec̄ia ad decla
rādū ꝙ nō oēs potētie eiusdē spēi pñt in opposita. Pōt
⁊ li h̄ demōstrare vtrāqꝫ dr̄iaꝫ. s. inter rōnales ⁊ irrōna-
les: ⁊ īter irrōnales actiuas ⁊ passiuas īter se. ⁊ tūc est sen
sus. ꝙ hoc iō fecimus. vt oñderemus ꝙ nō ois potestas
que. s. ꝯm eandē rōnē potētie p̄hice dicit̄: q̄r. s. pōt in ali-
q̄d. vt rōnalis ⁊ irrōnalis: neqꝫ etiā ois potestas que sub
eadē spē ꝯtinet̄. vt irrōnalis actiua ⁊ passiua sub spē ir-
rationalis: ad opposita potest.

LECTIO XII.

¶ Possibile enim non simpliciter dicitur: sed
aliud quidem ob hoc dicitur quia veꝝ est: pro-
pterea ꝙ actu est: veluti possibile est quempiā
ambulare q̄r ambulat: ⁊ omnino possibile est
esse: q̄r iam id est actu quod dicit̄ posse. Aliud
aūt ex eo q̄r fuerit actu: vt possibile est quēpiam

ambulare: propterea ꝙ ambulauerit.

¶ Quedā vero potestates equiuoce sunt. Possibile esse enim non simpliciter dicuntur. Si hoc quidem quod verum est: vt in actu: vt possibile est ambulare: qm̄ ambulat iam: ⁊ omnino possibile est esse: qm̄ est iam aliquid actu qđ dicit̄ possibile. Ille vero quod forsitan aget. vt possibile est ambulare: quoniam ambulabit.



Intēdit declarare quō ille que equoce dicūtur possibile se habeant ad opposita. Et circa hoc duo facit. Primo declarat naturaꝫ talis potētie. Scđo ponit dr̄iam ⁊ ꝯueniētiā inter ipsam ⁊ supradictas. ibi[Et hec qdē.] Ad euidentiam primi aduertendū est ꝙ 5° ⁊ 9° meta^ce Arist. diuidit potētiam in potētias que eadē rōne potentie dicūtur: ⁊ in potētias que nō ea rōne qua predicte potētie nomē habēt: sed alia. Et has appellat equiuoce potentias. Sub pmo mēbro comprehendunt̄ oēs potentie actiue ⁊ passiue ⁊ rōnales ⁊ irrationales. Quecūqꝫ .n. posse dicuntur per potētiam actiuam vel passiuā quā habeant: eadē ratione potētia sūt: qr .s. est in eis via principiata alicuius actiue vel passiue. Sub scđo aūt membro cōprehendun‑tur potentie mathematicales ⁊ logicales. Mathematica potētia est qua lineam posse dicimus in quadratum: ⁊ eo ꝙ in semetipsum ducta quadratum ꝯstituit. Logica potentia est qua duo termini ꝯiungi absqꝫ ꝯdictione in enuntiatione possunt. Sub logica quoqꝫ potentia ꝯtinetur que ea rōne potentia dicit̄: qr est. De vero merito equiuoce a primis potentie dicunt̄: eo ꝙ ⁊ iste nullā virtutēz actiuam vel passiuam ꝯdicant: ⁊ qđ possibile istis modis dicit̄: non ea rōne possibile appellatur qr aliquis habeat virtuteꝫ ad hoc agēdū vel patiendū sicut in primis. Vn̄ cum potentie habētes se ad opposita sint actiue vel passiue: iste que equiuoce potestates dicunt̄ ad opposita non se habent. De his ergo loquens ait. Quedā vero potestates equiuoce sunt: ⁊ ideo ad opposita nō se habēt. Deinde declarans qualis sit ista potestas equiuoce dicta: subdit diuisionem vltratam possibilis per quā hoc scitur dicens: Possibile enī non vno modo dicit̄ sed duobus. Et vno quidē modo dicit̄ possibile eo ꝙ veꝝ est vt in actu id est vt actualiter est: vt possibile est ambulare: quādo ambulat iam: ⁊ oīno .s. vniuersalr̄ possibile est esse: qm̄ est actu iam: quod possibile dicit̄. Scđo modo aūt possibile dicitur aliquid nō ea rōne qr est actualr̄: sed qr forsitan aget id est qr potest agi. vt possibile est ambulare: qm̄ ambulabit. Ubi aduertendū est. ꝙ ex diuisione bimembri possibilis: diuisionem suprapositam possibilis declarauit a posteriori. Possibile enim a potētia dicit̄. Sub primo siquidem mēbro possibilis inuit potētias equiuoce. Sub scđo aūt potētias vniuoce: actiuas .s. ⁊ passiuas. Intendebat ergo ꝙ qr possibile dupliciter dicit̄. ꝙ etiam potestas duplex est. Declarauit aūt potestates equiuocas ex vno earū membro tm̄ .s. ex his que dicuntur possibilia qr sunt: quia hoc sat erat suo proposito. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Et hec quidē potētia in his est solum que mobilia sunt. Illa vero ⁊ in his est que immobilia sunt. Atqꝫ hoꝝ vtrunqꝫ: ⁊ id inquā quod iam ambulat: ac agit: vel est: ⁊ id quod ambulandi: vel essendi quidem potentiam habet: sed nondum ambulat aut est vere dicere licet: possibile esse ambulare aut etiam esse.

¶ Et hec quideꝫ imobilibus solis est potestas: illa vero ⁊ in inmobilibus. In vtrisqꝫ vero verū est dicere non impossibile esse ambulare: ⁊ qđ ambulat iam ⁊ agit: ⁊ qđ iam ambulabile est.

¶ Assignat dr̄iam inter vtranqꝫ potentiam. ⁊ ait. ꝙ potētia hec vltimo dicta physica: est in solis illis reb⁹ que sūt mobiles: illa aūt est ⁊ in rebus mobilibus: ⁊ imobilibus. Possibile siquidem a potentia dictum eo ꝙ possit agere non tamen agit inueniri non pōt absqꝫ mutabilitate eius qđ sic posse dicit̄. Si enim nunc potest agere ⁊ non agit: si agere debet: oportet ꝙ mutet̄ de ocio ad operationem. Id aūt qđ possibile dicit̄ eo ꝙ est: nullam mutabilitateꝫ exigit in eo qđ sicut possibile dicitur. Esse nanqꝫ in actu qđ talem possibilitatē fundat: inuenit̄ ⁊ in rebus necessariis ⁊ in imutabilibus. ⁊ in rebus mobilibus. Possibile ergo hoc qđ logicuꝫ vocat̄ cōmunius est illo qđ physicum appellari solet. Deinde subdit ꝯuenientiam inter vtrūqꝫ possibile dicens. ꝙ in vtrisqꝫ potestatibus ⁊ possibilibus veꝝ est non impossibile esse. s. ipsum ambulare qđ iam actu ambulat seu agit: ⁊ quod iaꝫ ambulabile est, id est in hoc ꝯueniūt ꝙ siue dicat̄ possibile ex eo ꝙ actu est siue ex eo ꝙ potest esse: de vtroqꝫ verificat̄ nō īpossibile. ⁊ ꝯsiter necessario verificatur possibile: qm̄ ad non impossibile sequit̄ possibile. Hoc est secūdū genus possibilis respectu cuius Ar^lis supra dixit[⁊ primū qdem] in quo nō īuenit̄ via ad vtrūqꝫ oppositoꝝ: hoc inq̄ est possibile qđ iā actu est. Nō .n. tali rōne possibile dr̄: iaꝫ determinatū est: ex eo ꝙ actu esse suppositū est. Nō ḡ possibile omne: ad vtrunqꝫ possibile est: siue loquamur de possibili physico: siue logice ⁊c̄. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Que cum ita sint: idqꝫ quod hoc modo possibile est nō vere dicere simpliciter de necessario possumus. Alteꝝ aūt vere dicere licet. Quare cum ad particulare sequatur vniuersale: ad id quod necessario est: sequitur hoc profecto: possibile est esse: non omne tamen: vt patet.

¶ Hoc igit̄ possibile nō est veꝝ de necessario dicere simpliciter: alteꝝ autē veꝝ est. Quare qm̄ partem vniuersale sequit̄: illud qđ ex necessitate est: ꝯsequit̄ posse esse: sed non omnino.

¶ Applicat determinatam veritatē ad ppositum. Et primo ꝯcludendo ex dictis declarat habitudinem vtriusqꝫ possibilis ad necessarium dicens: ꝙ hoc ergo possibile .s. physicum qđ est in solis mobilibus: non est veꝝ dicere ⁊ predicare de necessario simplr̄: qr qđ simpliciter necessariū est: nō pōt aliter esse. Possibile aūt physicū pōt sic ⁊ aliter esse: vt dictū est. Addit aūt li simplr̄: qm̄ necessarium est multiplex. Quoddā .n. est ad bene esse: quoddā ex suppositione. De qbus nō est nostrum tractare: sed solūmodo id insinuare: ꝙ vt preseruaret se ab illis modis necessarii qui nō pfecte ⁊ oīno habent necessarii rōnem apposuit li simpliciter. De tali enī necessario possibile physicū nō verificatur. Alterum aūt possibile logicuꝫ quod in rebus imobilibus inuenit̄ veꝝ est de illo enuntiare: quoniaꝫ nihil necessitatis adimit. Et per hoc soluitur rō inducta ad partem negatiuam questionis. Peccabat siquidē in hoc: ⁊ ex necessario iferebat possibile ad vtrunqꝫ qđ conuertitur in oppositam qualitatem. Deinde respōdet questioni formaliter intendens ꝙ affirmatiua pars questionis tenenda sit: ꝙ .s. ad necessarium sequitur possibile. Et assignat causaꝫ. Quia ad partem subiectiuā sequit̄

quit̄


quiſ constructiue suum totum vle. Sed necessarium est pars subiectiua polis. qꝛ pole diuidiſ in logicū ꝛ physicuꝫ: ꝛ sub logico cōprehēdiſ nec̃iū. ḡ ad nec̃iuꝫ seqꝫ pole. Vñ dicit q̃re: q̃m pte. s. subiectiuā suū totū vle seqꝫ. Illud qȯ ex necessitate est. i. nec̃iuꝫ tanq̃ꝫ pte subiectā. ꝯsequiſ pos se eẽ. i. pole tanq̃ꝫ totū vle. Sꝫ nō oĩno. i. sed nō ita ꝙ oĩs spēs polis sequaſ sic̃ ad hoieꝫ sequiſ aĩal: sed non oĩno. s. nō ꝟm oēs suas ptes subiectiuas seqꝫ ad hoiem. Nō eñ valet est hō. ḡ est aĩal irrōnale. Et ꝑ hoc ꝯfirmata rōne adducta ad pte affirmatiuā: expꝯsitꝰ soluit rōnē adductaꝫ ad pte negatiuā: q̃ peccabat ꝟm fallaciā ꝯñtis. Inferens ex necessario pole. descēdēdo ad vnaꝫ polis spēm: vt de se pꝫ. ❧ Deinde cum dicit.


❧ Atqꝫ forsitan hec nec̃e est ꝛ nō necesse est: aut esse: aut nō esse omnium principium sunt. Et ceteras ad has sequentes considerare oportet.

❧ Et est fortasse qdē principiū qȯ nec̃iuꝫ est: ꝛ qȯ nō nec̃iuꝫ: oĩuꝫ vel eẽ vel nō eẽ: ꝛ alia queād modū hoꝝ cōsequētia ꝯsiderare opꝫ.

❧ Ordinat eaidē modaliū cōsequentias alio situ: ꝑponendo nec̃iū oĩbꝰ aliꝫs modis. Et circa hoc duo facit. Primo ꝑponit qȯ intendit. Scdo assignat cām dicti ordinis. ibi [Manifestū est aūt.] Dicit ḡ [Et est fortasse ꝑncipium oĩuꝫ enūtiationū modaliū vel eẽ vel nō eẽ] i. affirmatiuaꝝ vel negatiuaꝝ: nec̃iū ꝛ nō nec̃iuꝫ. Et opꝫ cōsiderare alia. s. possibile: contingere ꝛ impossibile esse. sicut hoꝝ. s. necessarꝫ ꝛ nō necessarꝫ consequentia hoc modo.

❧ Cōsequētia enuntiationū modaliuꝫ ꝟm quatuor ordines alio ꝯuenienti situ ab Aristo. posite ꝛ ordinate.





Vides aūt hic nihil imutatū nisi ꝙ nec̃ie que vltimū locū tenebāt. pᵐ sortite sūt. Qȯ vo dixit [fortasse] nō dubitātis: sed absqꝫ determinata ratione rem proponentis est. ❧ Deinde cum dicit.

¶ Ostendit ꝙ quedaz scie vtunt̃ pncipijs cõmunib⁹ alio mõ q̃ dictũ est.Dialectica enim est de cõibus: ⁊ aliqua alia scĩa est de cõmunibus.sicut philosophia pma cuius subiectũ est ens.⁊ ꝯsiderat que ꝯsequunt̃ ens. vt pprias passiones entis.¶ Sciendũ tñ ꝙ alia rõne est de cõmunibus logica ⁊ phĩa prima. Philosophia eniꝫ pma est de cõmunibus:qꝛ eius ꝯsideratio est circa ipsas res cõẽs.s. circa ens ⁊ partes eius.Et qꝛ circa oĩa que sunt hꝫ negociari rõ:logica aũt est de operationib⁹ rõnis:logica etiaꝫ erit de his que cõmunia sunt oĩb⁹.i.de intẽtionib⁹ rõnis que ad oẽs res se hñt. Nõ aũt ita ꝙ ipsa logica sit de ipsis reb⁹ cõib⁹.sicut de subiectis.Cõsiderat eniꝫ logica sicut subꝫ syllm ⁊ enũtiationẽ ⁊ pdicatũ aut aliqd huiꝰ. Pars aũt logice q̃ demõstratiua est ⁊ si circa oẽs itẽtiones versat̃.docendo quo mõ fiant demõstratiue scie.nõ tñ procedendo ex cõibus itẽtionib⁹ ad aliqd ostẽdẽdũ de reb⁹ que sunt subiecta aliarũ sciaꝝ.Sed hoc dialectica facit: qꝛ ex cõib⁹ intẽtionib⁹ pbat arguẽdo ad ea que sunt aliarũ scientiaꝝ.siue sint pꝑia:siue sint cõia:maxime tñ ad cõmunia.Sicut argumentat̃ ꝙ odiũ est in ꝯcupiscibili in qua est amor:ex hoc cõtraria sunt circa ideꝫ. Est ergo dialectica de cõibus:nõ solũ qꝛ ptractat intẽtiones cões rõnis:qd̃ toti logice est cõmune:sed etiã qꝛ circa cõia rerũ argumẽtat̃.Quecũqꝫ aũt scia argumentat̃ circa cõia reꝝ:opꝫ ꝙ argumentet̃ circa pncipia cõia:qꝛ veritas pncipioꝝ cõium est manifesta ex cognitione terminoꝝ cõmuniũ.vt entis ⁊ nõ entis:totius ⁊ partis:⁊ similiũ.Dicit aũt signanter [⁊ si aliqua scientia tentet.]qꝛ phĩa prima nõ demonstrat pncipia cõmunia.sunt enim indemõstrabilia simplr̃:sed aliqui errantes tentauerũt ea demõstrare.vt pꝫ in 4°metaphy.Uel etiã qꝛ ⁊ si nõ possunt demõstrari simplr̃.tñ Phs pmus tentat mõstrare eo mõ quo est possibile.s.cõtradicendo negantibus ea:p ea que opꝫ ab eis cõcedi.nõ p ea que sunt magis nota.Sciendũ est etiã ꝙ pmus Phs hoc mõ nõ solũ demõstrat ea:sed ẽt aliqd de eis monstrat.sicut de subiectis:sicut ꝙ ipole est mente cõcipere opposita eoꝝ.vt pꝫ in 4°metaphy.Cum ergo disputet circa hec pncipia ⁊ phus pmus ⁊ dialecticus.tñ aliter ⁊ aliter.Dialecticus eniꝫ nõ procedit ex aliqb⁹ pncipijs demõstratiuis:neqꝫ assumit alterã pꝛtẽ ꝯdictionis tm̃:sꝫ se hꝫ ad vtrãqꝫ.Cõtingit eniꝫ vtrãqꝫ qñqꝫ vel pbabilẽ esse:vel ex pbabilib⁹ ostendi:que accipit dialecticus.Et pp h̃ interrogat.Demõstrator aũt nõ iterrogat:qꝛ nõ se hꝫ ad opposita. Et hec est differẽtia vtriusqꝫ que posita est in his que de syllo sunt.i.in libro prioꝝ in pncipio. Phĩa ergo pma pcedit circa cõmunia p moduz demonstrationis:⁊ nõ p modũ dialectice disputationis. Tex.c.8. t.9. Tex.c.9.

¶ Qd̃ si eadẽ est interrogatio rõcinatiua ⁊ propositio ꝯtradictionis:sunt aũt in vnaquaqꝫ scia ppositiones ex quibus vniuscuiusqꝫ pꝑia cõficitur ratiocinatio : erũt porro quedã interrogationes ad singulas scientias attinẽtes:ex quibus fit cuiusqꝫ pꝑia rõcinatio. Patet ergo nõ omnem interrogationem geometricã esse:nec ad medendi artem omnem accõmodari: ⁊ pari modo de ceteris.

¶ Si autẽ idem est interrogatio syllogistica ⁊ ppositio contradictionis.ppositiones autẽ sunt ſm vnãquãqꝫ sciam ex quib⁹ est syllogismus: ſm vnamquãqꝫ vtiqꝫ erit interrogatio scibilis: ex quibus qdeꝫ ſm vnãquãqꝫ sciam pꝑius fit syllogismus. Manifestum itaqꝫ ꝙ nõ oĩs interrogatio geometrica vtiqꝫ erit:neqꝫ medicialis. Similiter aũt est ⁊ in alijs. Lec. XXI.



Ostq̃ ostendit Phs qualiter scientie demõstratiue se habeant circa principia cõmunia. hic ostendit qualiter se habeant circa pꝑia. Et diuiditur in duas ptes. In pma ostendit ꝙ in qualibet scientia sunt pꝑie interrogationes:respõsiones:⁊ disputationes. In scd̃a ostendit quo modo in qualibet scia sunt pꝑie deceptiones.ibi [Oĩs aũt sunt geometrice.]Circa pmũ duo facit. Primo ostendit ꝙ in qualibet scientia sunt iterrogationes pꝑie. In scd̃a ꝙ in qualibet scientia sunt responsiones pꝑie:⁊ disputationes.ibi [Neqꝫ oĩum est itaqꝫ.]Circa pmũ duo facit. Primo ostendit ꝙ in q̃libet scia sunt iterrogatiões pꝑie.

proprie. Secũdo que sũt iste. ibi [Ex qbus aũt demõstratio.] Primũ sic ostendit. Idẽ est fm substãtiã interrogatio syllogistica τ ppositio. Propositio aũt accipit alterã partẽ ɔtradictionis: lʒ in modo pferẽdi differãt. Hoc enĩ qđ ad iterrogationẽ rñdet. assumit vt ppõ in syllogismo aliquo. In vnaquaqʒ aũt scia sũt ppie ppões ex qb⁹ fit syllogismus. Ostẽsum est enim ꝙ quelibet scia ex ppriis pcedit. Ergo in qualibet scia sunt ppie iterrogationes. Nõ ergo quelibet iterrogatio est geometrica vel medicinalis. τ sic de aliis sciẽtiis. ¶ Sciẽdũ tñ est ꝙ interrogatio aliter est in sciẽtiis demõstratiuis. τ aliter est in dialectica. In dialectica enĩ nõ solũ interrogat̃ de ɔclõne: sed etiã de pmissis. Demõstrator aũt nõ interrogat de premissis: sed sumit q̃si per se notas: vel per alia principia pbat. Sed interrogat solũ de ɔclõne. Et cũ eam demonstrauerit: vtitur ea sicut alia ppositione ad demõstrãdũ aliquam aliam conclusionẽ. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed aut ea ex qbus aliqd ostẽdit̃: de qb⁹ est ipsa geometria: aut ea que ex eisdẽ demõstrant̃: ex qbus geometria demõstrat: q̃lia sunt pspectiua. Idem est τ in ceteris intelligendum.

¶ Sed ex qb⁹ aut demõstrat̃ aliqd eoꝝ de q̃b⁹ geometria est: aut ex eisdẽ demõstrat̃ geometrice: sicut in speculatiua. Simil'r aũt τ in aliis.

¶ Primo ostẽdit que iterrogationes sunt ppie vniuscuiusqʒ sciẽtie. Et primo inquãtũ assumunt̃ vt ppositiones ex qbus demõstrator pcedit. Scđo inquãtũ sumunt̃ vt ɔclusiones. ibi [Ex his qdẽ.] Dicit ergo primo ꝙ iterrogationes geometrice sunt ex qbus demõstrat̃ aliqd circa illa de qbus est geometria: aut circa illa que demõstrant̃ ex pncipiis geometrie eiusdẽ. Sicut illa ex qb⁹ demõstrat̃ aliqd in speculatiua scia. i. pspectiua. que pcedit ex pr̃cipiis geometrie. Et qđ dictũ est de geometria itelligendũ est de aliis sciẽtiis. q2 s. ppositio vel iterrogatio dicit̃ ppie alicuius scientie: ex qua demõstratur in ipsa scientia. vel in sciẽtia subalternata. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqʒ de his ipsis reddẽda quoqʒ ratio est ex geometricis principiis: ɔclusionibusue: sed de principiis non est reddenda ratio geometre: vt est professor geometrie. Eadem sunt τ in ceteris scientiis obseruanda.

¶ Et de his qdẽ rationẽ ponẽdaʒ esse ex geometricis principiis τ ɔclusionibus: sed principiorum rationẽ nõ ponẽdam esse geometrie fm ꝙ est geometria. Simil'r aũt τ in aliis scientiis.

¶ Notificat geometricã interrogationẽ put est ɔclusio: τ dicit ꝙ de iterrogationibus geometricis ponẽda est rõ. demõstrãdo. s. veritatẽ ipsaꝝ ex principiis geometricis τ ɔclõnibus que per ipsa pncipia demõstrant̃. Nõ eniʒ cuiuslibet demõstrationis geometrice rõ reddit̃ ex primis geometrie pncipiis. sed iterdũ ex his que per prima pncipia sunt conclusa. Interrogationum autem que semp sunt conclusiones in demonstratiuis scientiis. ratio reddi potest in eisdem: sed principioꝝ ratio non potest reddi a geometra fm ꝙ geometra est. Et simil'r in aliis scientiis est. Nulla enim scientia probat sua prima principia. fm ꝙ ostensuʒ est supra. Et dicit fm ꝙ geometra est. T.c.16. quia contingit in aliqua scientia probari principia illius scie: inquãtũ. s. illa scia assumit principia alterius scie. sicut geometra pbat sua principia fm ꝙ assumit formam philosophi primi. i. metaphysici. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nec igit̃ artificeʒ quẽqʒ quauis percontari: nec ad q̃uis interrogationẽ de singulis rñdere oportet: sed ea tñ que in sciẽtia sua determinata sunt. Quod si quispiã cum geometra vt geometra est: sic disseruit: patet τ bene illuʒ esse disceptatuꝝ: si ex his extenderit aliquid. Qz si nõ hoc disseruerit modo: nõ bene sine dubio disceptabit. Patet etiã illum nõ redarguere geometrã nisi per accidens. Quãobrem inter ignaros geometrie de geometria disserendum non est. Latebit enim is qui dixerit praue. In ceteris etiam scientiis res sese habet similiter.

¶ Neqʒ oẽm iterrogationẽ vtiqʒ est vnũquẽqʒ sciẽtem iterrogare: neqʒ fm omne iterrogatuʒ rñdere de vnoquoqʒ: sed que sunt fʒ sciẽtiã determinatã. Si aũt disputat cũ geometra fm ꝙ est geometra: sic manifestum est qm̃ bene: si ex his aliqd demõstret. Si vo nõ: nõ bene. Manifestũ est aũt ꝙ nõ arguit geometrã: sed aut fʒ accidẽs. Quare nõ vtiqʒ erit in nõ geometricis de geometria disputandũ. Latebit enim praue disputantẽ. Simil'r aũt τ in aliis se hʒ sciẽtiis.

¶ Ostendit ꝙ in qualibet scientia sunt proprie responsiones τ disputationes. Et primo ꝙ sint proprie responsiones. Secũdo ꝙ sint proprie disputationes. ibi [Si autem disputat.] Dicit ergo ꝙ ex predictis patet ꝙ [non contingit vnumquẽqʒ scientem de qualibet questione interrogare.] Unde etiam patet ꝙ nõ contingit de quolibet interrogato rñdere: sed solũ de his que sunt fm ppriã sciẽtiã: eo ꝙ ad eãdẽ sciam ptinet interrogatio τ rñsio. Et q2 ex iterrogatione τ rñsione fit disputatio. ɔñter ondit ꝙ in q̃libet scia est ppria disputatio dicẽs: ꝙ si disputet geometra cũ geometra. fm ꝙ geometra. i. de his que ad geometriã ptinent manifestũ est ꝙ bene pcedit disputatio. Si tñ nõ solũ fiat disputatio de eo qđ est geometrie: sed etiã ex pncipiis geometricis pcedat̃. Si vo nõ sic fiat disputatio in geometria: nõ bene disputat̃. Si vo aliqs disputet cũ geometra nõ de geometricis: manifestuʒ est ꝙ nõ arguit. i. ꝙ nõ ɔuincit: nisi per accñs puta si sit disputatio in musica: τ ɔtingat geometrã p accñs esse musicuʒ. Unñ manifestũ est ꝙ nõ est in nõ geometricis de geometria disputãdũ: q2 nõ poterit iudicari p pncipia illius scie vtrũ bene vel male disputet̃. Et simil'r se hʒ in aliis sciẽtiis.

¶ Cũ aũt interrogationes sint geometrice: sunt ne τ ingeometrice? Et interrogationũ hee que ab ea prodeunt ignoratione que est dispositior geometrice ne sunt: τ in quacũqʒ facultatuʒ similiter. Preterea vtra rõcinationũ ab ignoratione proficiscitur: vtrum ea que ex oppositis constat: an ea que constructa est vitiose.

¶ Quoniã autẽ sunt geometrice interrogationes: nõne sunt τ non geometrice? Et fm vnãquãqʒ scientiam: que fm ignorantiam quamlibet: geometrice sunt? Et vtrum fm ignorantiã syllogismus fit qui est ex oppositis syllogism⁹: aut paralogismus. Lectio. XXII. T.c.28. Vide in annot.



Ostq̃ ostēdit phs q in qualibet sciētia sūt ꝓprie interrogationes r̄nsiones τ disputatiōnes: hic ostēdit q in q̄libet scia sunt ꝓprie deceptiones τ ignorātie. Et diuidit in duas partes. In pma mouet quasdā q̄stiones. In scda soluit. ibi [Scd̄m geometrā vo.] Ponit ergo primo tres q̄stiones. quaꝝ pma est. Cū sint q̄dā iterrogationes geometrice: vt supra ostēsuz est: nōne sūt etiā q̄dā nō geometrice. Et qd̄ de geometria dr̄: pōt etiaz de q̄libet scia q̄ri.

Lec. bre dem.

¶ Scdaz q̄stionē ponit ibi [Et ſm vnāquāqz] que talis est. Utrū iterrogationes que sunt ſz ignorātiā que est in vnaquaqz scia: possint dici geometrice. τ silr alicui scientie alij ꝓprie. Dicunt aūt interrogationes ſm ignorātiaz alicuius scie: q̄n de his iterrogat que sunt ꝯtra veritatē scie illius. ¶ Tertiā q̄stionē ponit ibi [Et vtrū ſm ignorantiā] que talis est. In vnaquaqz scia ꝯtingit decipi per aliquē syllogismū quē vocat ſm ignorātiā. Cōtingit aūt per aliquē syllogismū deceptionez accipere duplr. Uno q̄dē modo q̄n peccat in forma nō seruādo debitā formā syllogismi τ modū. Alio modo q̄n peccat in mā̃ ꝓcedēs ex falsis. Et est differentia inter hos modos duos: q2 ille qui peccat in mā̃: syllogismus est: cum obseruent oia que ad formā syllogismi pertinēt. Ille aūt qui peccat in forma: syllogismus q̄dē nō est: sed paralogismus. i. apparēs syllogismus. In dialecticis q̄dē vtroqz modo ꝯtingit fieri deceptionē. Unde τ in pmo topicoꝝ Arist. facit mētionē de litigioso qui est syllogismus: τ de peccāte in forma qui nō est syllogismus: sed apparēs. Est ergo q̄stio. vtruz syllogismus ignorātie qui fit in sciētijs demonstratiuis: sit syllogismus ex oppositis scientie: idest ex falsis procedens: aut paralogismus. i. peccans in forma qui non est syllogismus: sed apparens. ¶ Deinde cum dicit.

Cap. j.

¶ At enim in geometrice iterrogationes: aut ex geometria sunt: aut ex alia facultate. Nam musica quidem interrogatio: si de geometria fiat: in geometrica est.

¶ Scd̄m geometriam autē: aut que ex alia arte vt musica: est interrogatio non geometrica.

¶ Soluit p̄dictas q̄stiones. Et primo soluit primā. Scdo secūdā ibi [De geometria aūt.] Tertio tertiā ibi [In doctrinis aūt.] Dicit ergo pmo q [iterrogatio oino nō geometrica est illa que oino fit ex alia arte sicut ex musica] vt si q̄rat in geometria: vtrū tonus possit diuidi in duos semitonos eq̄les: talis iterrogatio est oino nō geometrica: q2 est ex his que nullo mō ad geometriā ptinent.

¶ At eque distātes putare ꝯcurrere: tuz geometrica: tuz in geometrica est. Duplex est enim in geometricum: τ perinde atqz informe: atqz alter ex eo q2 nihil hz geometrie: vt informe: qd̄ vacat forma. Alteꝝ ex eo q2 aliquid eius praue complectitur: vt informe: qd̄ turpem hz formā fedamqz. At hec ignoratio: τ que ex talibus est principijs geometrie contrarie est.

¶ De geometria aūt: paralellas subire opinari: geometrica quodāmodo est: τ nō geometrica alio modo. Duplr enīz hoc est. sicut aritbmon: idest qd̄ est sine ritbmo. altera q̄dez nō geometrica est in nō habēdo. sicut aritbmō. Altera vo in praue habendo. Et ignorantia hec que est ex huiusmodi principijs contraria est.

¶ Soluit secūdā q̄stionem dicēs q [est interrogatio de geometria] idest de his que ptinēt ad geometriā: vt cum iterrogat de aliquo aliqs qd̄ est ꝯtra veritatē geometrie. Sicut si fiat q̄stio: de hoc qd̄ est [paralellas subire] .i. lineas eque distantes ꝯcurrere [est quodāmodo geometrica τ quodāmodo non geometrica. Sicut. n. aritbmon. i. qd̄ est sine ritbmo] vel sono duplr dr̄. Uno q̄dē modo quod nullo modo hz sonū. vt lana. Alio aūt modo qd̄ nō hz bene sonū: sicut cāpana nō bene sonās. Ita interrogatio nō geometrica dr̄ duplr. Uno modo q2 est oino nō geometrica: q̄si nihil habens geometrie. Sicut q̄stio de musica ꝓposita. Alio mō q2 praue hz id qd̄ est geometrie: q2 videlicet hz ꝯtrariū geometrie veritati. Ita ergo iterrogatio que est de ꝯcursu lineaꝝ equedistātiū: nō est nō geometrica primo mō: cū sit de reb9 geometricis. Sed scdo modo: q2 praue hz id qd̄ est geometrie. Et ignorātia h scilicet que est in praue vtendo principijs geometrie est cōtra veritatem geometrie. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In mathematicis aūt nō similr fraus fit cum differit: q2 mediū est semper duplex: nam alter extremoꝝ de hoc omni: τ hoc rursus idēidem de altero dicit: atqz p̄dicatuz nō dicitur omne. Hec aūt licet q̄si cernē mentis ꝑceptione: in disserendi vo facultatis disceptionibus latēt. Est ne omnis circulus figura: si designauerit patet. Sed quidnam vltra. Carmina ne sunt circulus: continuo patet non esse.

¶ In doctrinis aūt similr nō est paralogismus: eo q mediū sit semꝑ dupliciter: τ de hoc enim oi: τ hoc iteꝝ de alio dr̄ omni: qd̄ aūt p̄dicat nō dr̄ omne. Hec aūt sūt vt videre est itellectu: sed in rōnibus latet: vtrum ois circulus figura sit. Si aūt scribat manifestū est. Qz aūt sunt carmina circulus: manifestū quoniam non est. T. c. 29.

Uide lon not.

¶ Soluit tertiā q̄stionem. Et circa hoc duo facit. Primo ostēdit q in demōstratiuis sciētijs nō fit paralogismus in dictione. Scdo q nō fit extra dictionē. ibi [Nō oportet aūt.] Cuz aūt ſm sex locos sophisticos fiat paralogismus in dictione ex his accipit vnū paralogismū qui fit ſm equiuocationē: ostēdēs q talis paralogismus in sciētijs demōstratiuis esse non pōt. de quo tn̄ magis videt. Dico ergo q [in doctrinis non fit paralogismus] .i. syllogismus peccās in forma. sicut in dialecticis. In demonstratiuis eni opz mediū idē semꝑ esse duplr. idest ad duo extrema comparari. Quia τ de medio maior extremitas vniuersalr p̄dicat. τ mediū vniuersalr de minori extremitate. Sed qd̄ p̄dicat nō dr̄ omne: idest signū vniuersale nō ponit ad p̄dicatuz. In fallacia vo equocationis est q̄dē idē mediū ſm vocē: nō aūt ſm rez. Et ideo q̄n in voce ꝓponit: latet. Sed si ad sensuz demōstrat nō pōt esse aliqua deceptio. Sicut hoc nomē circulus equoce de figura dr̄: τ de poemate. Similr τ in rōnibus. i. in argumētationibus latet. i. deceptio pōt accidere. vt si dicat. Ois circulus est figura. Poema Homeri est circulus. Ergo poema Homeri est figura. Si vo scribat ad sensuz circulus: nulla pōt esse deceptio. Manifestū. n. erit q carmina nō sūt circulus. Sicut aūt hec deceptio excludit per hoc q mediū demōstrat ad sensuz. ita τ in demonstratiuis excludit per hoc q mediū demōstrat ad itellectuz. Cū. n. aliqd diffinit. ita se hz ad itellectū. sicut id qd̄ sensibilr describit: se hz ad visuz. Et ideo dicit q hec. i. diffinita

nita in demõstratiuis sciẽtijs sunt que videnꝰ in intellectu. In demõstrationibus autẽ ꝓcediꝰ semꝑ ex diffõnibus. Unde nõ põt ibi esse deceptio equocationis: ⁊ multo minus ſm alias fallacias in dictione. ¶ Deide cũ dicit.

¶ Atqꝫ non oportet inficiationem ad ipsum afferre: si sit propositio inductiua. Ut enim neqꝫ propositio est ea: que non ad plura sese extendit. Non eniꝫ erit de omnibus. Uniuersalibus autem extruitur ratiocinatio. Sic patet nec eaꝫ inficiationẽ esse: que vniuersalis non est. Eteni eedem sunt propositiones: inficiationes sue. Nã quam affert quispiam inficiationem: ea vel disserendi vel demonstrandi propositio fieri põt.

¶ Non oportet autem instantiam in ipsum ferre si sit propositio inductiua. Sicut enim neqꝫ propositio est que non est in pluribus. non eni ita erit in omnibus: ex vniuersalibus autem est syllogismus: manifestum est ꝙ neqꝫ instantia est. Eedem enim sunt propositiones ⁊ instantie. Quam enim fert instantiam: hec fiet vtiqꝫ propositio aut demonstratiua aut dialectica.

¶ Ostẽdit ꝙ nõ põt fieri paralogismus in demonstratiuis ſm fallaciã extra dictionẽ. Et qꝛ huiꝰ paralogismis frequẽter obuiaꝰ ferẽdo instãtiã per quã ostendiꝰ defectus in forma syllogiçandi. ideo ꝑmo ostẽdit q̃liter ferẽda est istãtia in demõstratiuis. Scdo ostẽdit ꝙ in eis nõ põt esse paralogismus ſꝫ fallaciã extra dictionẽ. ibi [Cõtingit aũt quosdã.] Dicit ergo ꝑmo ꝙ [nõ opꝫ in demonstratiuis ferre instãtiã in ipsũ] .i. in aliquẽ paralogismũ: sumẽdo aliquã ꝓpositionẽ iductiuã .i. particularẽ. Nam inductio ex particularibus procedit sicut syllogismus ex vniuersalibus. Et hoc ideo est: qꝛ in demõstratiuis nõ sumiꝰ ꝓpositio nisi que est in pluribus. Nisi .n. sit in pluribus nõ est in oĩbus. Opꝫ aũt syllogismũ demõstratiuũ ex vniuersalibus ꝓcedere. Unde manifestũ est ꝙ neqꝫ instãtia põt esse in demõstratiuis nisi vlis: qꝛ eedẽ sũt ꝓpositiones ⁊ istãtie. Taꝫ .n. in dialecticis q̃ꝫ in demõstratiuis illõ qꝺ sumiꝰ vt istãtia: postea sumiꝰ vt ꝓpõ ad syllogiçãdũ ꝯtiũ eius qꝺ ꝓbat. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fit autem vt quidam vitiose cõcludant. propterea quod eos medios sumũt: qui terminos vtrosqꝫ sequuntur. Quale quidem facit ⁊ Ceneus: ignem gigni multiplicata ratione concludẽs hoc pacto. Ignis (vt dicit) celerrime gignitur. Quod multiplicata gignitur ratione: id celerrime gignitur. Hoc auteꝫ modo constare ratiocinatio nequit. Sed si celerrimam generationem multiplicata sequatur ratio: ⁊ ignem celerrima generatio.

Uide in annot. ¶ Contingit autem quosdam non syllogistice dicere propter id ꝙ accipiunt vtrisqꝫ inherentia: vt ⁊ Ceneus facit ꝙ ignis in multiplicata analogia fit. Namqꝫ ignis cito generatur: sicut dicit: ⁊ hoc analogia.

¶ Ostendit ꝙ in demonstratiuis nõ accidit deceptio per
Lec. pñt paralogismos extra dictionem. Et sicut ostẽderat supra ꝙ non erat paralogismus in dictione in demõstratiuis: ostendendo de vno paralogismo qui fit ſm fallaciã equiuocationis. ita hic ostendit ꝙ in demonstratiuis non est paralogismus extra dictionem ostendẽdo de vno qui fit ſm fallaciam ꝯsequentis. Patet enim ꝙ ſm alias fallacias extra dictionem nõ potest fieri paralogismus in demonstratiuis. Neqꝫ enim ſm accidens. cum demonstrationes procedant ex his que sunt per se. Neqꝫ ſm quid ⁊ simpliciter. cum ea que in demonstrationibus sumunꝰ sint vniuersaliter ⁊ semper ⁊ nõ ſm quid. Circa ergo hoc duo facit. Primo ostendit qualiter fiat paralogismus ſꝫ fallaciam consequentis. Secundo ꝙ ex hoc modo non accidit deceptio in demonstratiuis. ibi [Aliquando quidem.] Dicit ergo primo ꝙ [quosdam non contingit syllogistice dicere.] idest non seruare formam syllogismi propter hoc ꝙ accipiunt vtranqꝫ inherentiam. idest qꝛ accipiunt medium affirmatiue predicatum de vtroqꝫ extremorum: quod est syllogiçare in secũda figura ex duabus propositionibus affirmatiuis: quod facit fallaciam cõsequentis. Sicut facit quidam Phs nomine Ceneus. ad ostendendum ꝙ ignis sit in multiplicata analogia. i. ꝙ in maiori quantitate generatur ignis q̃ꝫ fuerit corpus ex quo generatur: eo ꝙ ignis cum sit rarissimuꝫ corpus. per rarefactionem ex alijs corporibus generatur. Unde opꝫ ꝙ materia prioris corporis sub maioribus dimensionibus extendaꝰ: formã ignis assumẽs. Ad hoc aũt ꝓbãdũ vtebaꝰ tali syllogismo. Qꝺ gñaꝰ ex multiplicata analogia cito generaꝰ: sed ignis cito generaꝰ. ergo ignis generatur ex multiplicata analogia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Interdum igitur fieri nequit: vt ex his que sumuntur ratiocinatio construatur interduꝫ ṽo fieri potest: sed non cernitur.

¶ Aliquando quidem igitur syllogizare non cõtingit ex acceptis: aliquando ṽo contingit: sed non videtur.

¶ Ostendit ꝙ per hunc modum syllogiçandi non accidit deceptio in demonstratiuis scientijs. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ꝙ ex hoc modo syllogiçandi non semper accidit deceptio: dicens ꝙ aliquando ſꝫ supradictum modum arguendi non contingit syllogiçare ex acceptis: quãdo .s. termini non sunt conuertibiles. Nõ eniꝫ sequitur. Si omnis homo est animal: ꝙ quicquid est animal sit homo. Aliquando ṽo ꝯtingit syllogiçare. s. in terminis conuertibilibus. Sicut enim sequitur. Si est homo est animal rõnale mortale. Ita etiam sequitur econuerso. Si est animal rõnale mortale. sequiꝰ ꝙ sit homo. Sed tñ non videꝰ ꝙ sequaꝰ syllogistice quãdo nõ seruatur debita forma syllogismi. ¶ Scdo ibi cum dicit.

¶ Quod si fieri non posset: vt verum ostendatur ex falsis: facile esset resoluere. Conuersio nãqꝫ necessario fieret. Si enim .a. veruꝫ: quod cum fit: hec sunt que quideꝫ esse scio: veluti .b. Ex his igitur illud esse ostendam.

¶ Si autem esset impossibile ex falso verũ mõstrare vtiqꝫ facile esset resoluere. Cõuerterenꝰ enim ex necessitate. Sit enim .a. esse. Hoc autẽ cum fit: ⁊ ea vtiqꝫ sunt que noui: quoniã sunt: vt .b. ex his demonstrabo ꝙ illud est. Uide in annot.

¶ Ostendit ꝙ in demonstratiuis scientijs contingit predicto modo syllogiçari sine deceptione. Et hoc ostendit dupliciter. Primo sic. Scdm predictum modum syllogiçandi accidit deceptio ex eo ꝙ non cõuertiꝰ ꝯsequentia:

quam putat conuerti:in qua non accidet deceptio:si quēadmodum conclusio est vera:sic premisse sint vere:tunc enim in ꝯuertendo nō accidet deceptio. Sicut si dicam de sorte. Sortes est homo:ergo sortes est aial:nulla deceptio falsitatis sequit̄. Sicut si econuerso arguat̄ sic. Est aial:ergo est homo. Sed si ꝑmissa est falsa:ꝯclusione existente vera:tūc accidit deceptio in ꝯuertēdo. Sicut si dicam. Si asinus est homo:est aial.ergo si est aial: est homo. Si ergo ex falsis esset impossibile ostendere verū: ⁊ semper oporteret verum ostendi ex veris.tunc facile esset resoluere ꝯclusionē in principia absq3 deceptione: q2 nulla falsitas esset si ex ꝯclusione inferret̄ aliqua premissarꝫ. Tali enim suppositione facta ꝯuertet̄ de necessitate ꝯclusio ⁊ premissa quātū ad veritatem. Sicut eni premissa existente vera:ꝯclusio est vera:ita ⁊ econuerso. Sit eni3 ꝙ.a.sit. Et hoc posito sequit̄ eadē esse de qbus certū est mihi ꝙ sunt vera:sicut.b. Unde cu3 vtrūq3 sit verꝫ ex hoc etia3 scilicet ex.b.potero iterꝫ inferre.a. Sic ergo vna ratio est ꝙ deceptio non accidit in demonstratiuis scientijs per fallaciam ꝯsequentis:q2 in demonstratiuis scientijs īpossibile est syllogiçari ex falsis.sicut ostēsum est supra. ¶ Secūdam rationem ponit ibi.

Lec. 4. ¶ Conuertūtur aūt ea magis que in mathematicis sunt:quia nullum accidens sed diffinitiones accipiunt:atq3 hoc etiam ipso a disserendi differunt facultate.

¶ Cōuertuntur aute3 magis que sunt in mathematicis:qm̄ nullu3 accidēs recipiūt:sed in hoc differūt ab his que sūt in dialogis:sed diffōnes.

¶ In terminis eni ꝯuertibilibus nō accidit deceptio per fallaciā ꝯsequētis:eo ꝙ in his ꝯsequētia ꝯuertit̄. Illa vo que sūt in mathematicis.i.in demōstratiuis scientijs vt plurimū sūt ꝯuertibilia:q2 nō accipiūt pro medio aliqḋ ꝑdicatū per accñs:s3 solū diffōnes que sūt demōstrationis ꝑncipia:vt ostēsu3 est.(⁊ in hoc differt ab his que sūt

Lec.16. in dialogis).i.in dialecticis syllogismis in qbus frequenter recipiunt̄ accidētia. ¶ Tertiā rōnem ponit ibi.

¶ Accrescit etiā rōcinatio non per media sed assumendo:nam.a.de.b.sumitur: ⁊ hoc de.c. ⁊ hoc rursus de.d. Atq3 hoc in infinitum procedit:versus quoq3 latus eius fit incrementu3.a. namq3 de.c:atq3 de.e.concluditur. Sit eni3.a. quidem numerus absolute: b.vo simpliciter numerus impar. Et.c.definitus numerus impar:a.igitur de.c.cōcludetur. Altera rursus in parte:d.quide3 sit impar numerus simpliciter sumptus.e.vo definitus numerus par.a.igitur de.e.concludetur.

Vide i an not. ¶ Augentur autem non per media: sed in post assumendo: vt.a.de.b.hoc autem de.c.iterum hoc de.d. ⁊ hoc in infinitum. Et in latus: vt.a.

Vide i an not. de.c. ⁊ de.e. Ut est numerus quantus finitus aut infinitus.hoc aute3 in quo sit.a. Impar numerus quantus in quo.b. Numerus impar in quo sit.c. Est itaq3.a.de.c. ⁊ est par quātus numerus in quo sit.d.par numerus in quo est.e. est ergo.a.de.e.

¶ Que talis est. In demōstratiuis sciētijs sūt determinata ꝑncipia ex qbus ꝓcedit̄ ad ꝯclusiones. Unū ex ꝯclonibus pōt rediri in principia.sicut ex determinato in determinatū. Et aūt demōstrationes ex determinatis principijs ꝓcedāt:ex hoc ostēdit:q2 [demōstrationes nō augētur per media].i.in demōstrationibus nō assumunt̄ plura media ad vnā ꝯclusionē demonstrādā. Qḋ intelligendū est in demōstrationibus ꝓpter quid de qbus loquit̄. Unius enim effectus nō pōt esse nisi vnica causa ꝓpria ꝓpter quā est. Sed l3 nō multiplicent̄ per media demōstrationes:multiplicant̄ tñ duobus modis. Uno modo in post assumēdo.i.in assumendo mediū sub medio. Sicut sub.a.sumit̄.b: ⁊ sub.b.sumit̄.c: ⁊ sub.c.d: ⁊ sic in īfinitū. Sicut cū habere tres angulos ꝓbat̄ de triāgulo per hoc ꝙ est figura habēs angulum extrinsecū equalē duobus intrinsecis sibi oppositis: ⁊ de isocbele per hoc ꝙ est triāgulus. Alio modo multiplicant̄ in latus. Sicut cū.a.probat̄ de.c. ⁊ de.e. Uerbi gratia omnis numerus quantus aut est finitus aut infinitus: ⁊ hoc ponatur in quo sit.a.s. esse finitu3 vel infinitū. Sed impar est numerus q̄tus. ⁊ hic.s.numerus q̄tus ponat̄ in quo sit.b. Sed numerus impar ponat̄ in quo sit.c. Sequit̄ ergo ꝙ.a.ꝑdicet̄ de.c. idest ꝙ numerus impar sit numerus finitus vel īfinitus. Et similr pōt iterꝫ ꝯcludi de numero pari ⁊ per idē medium. Pōt aūt ⁊ hec pars que incipit ibi [Augent̄ aūt itro duci aliter.] vt q2 dixerat ꝙ in demōstratiuis assumunt̄ diffōnes pro medijs. Unius aūt rei vnica est diffinitio.ex hoc sequit̄ ꝙ demōstrationes nō augeant̄ per media.

¶ Differt aute3 scire esse ⁊ propter quid est:primo quidem in eadem scientia:atque in hac dupliciter:vno quidem modo:si rōcinatio nō per ea que vacant medio fiat:non enim prima sumitur causa:scientia aute3 eius propter quid est: per primam fit causam. Alio vo modo: si per ea quidem quā vacant medio:nō tamē per causam:sed per notius eorꝫ quē ꝯuertunt̄ efficitur. Atq3 nihil ꝓhibet vt eorꝫ que de sese mutuo ꝑdicant̄:notius interdum sit id qḋ non est causa.

¶ Sed quia differt ⁊ ꝓpter quid scire:primum quidem in eadem scientia. ⁊ in hac dupliciter: vno quidem modo si non per nō medium fiat syllogismus.non enim accipitur prima causa: sed que est ꝓpter quid sciētia ſm primā causa3. Alio vo modo si per non media quidem: sed non per causam:sed per ꝯuertentia ⁊ per notius. Prohibet enim nihil eque predicantiu3 notius esse aliquando non causa3:quare per hanc erit demonstratio. T.c.30.

Lectio. XXIII.

Postq̄ Phs determinauit de demonstratione ꝓpter quid.hic ostēdit differētiā inter demōstrationē q3.⁊ demōstratione3 ꝓpter qd. Et circa hoc duo facit. Primo ponit differētiā vtriusq3 in eadē sciētia. Scḋo in diuersis. ibi [Alio aūt modo.] Circa primū duo facit. Primo ponit duplicē differētiā vtriusq3 demōstrationis in eadem scientia. Scḋo manifestat per exēpla ibi [Ut ꝙ ꝓpe sint planete.] Dicit ergo primo. Superius dictū est ꝙ demōstratio est syllogismus faciēs scire. ⁊ ꝙ demonstratio ex causis rei ꝓcedit ex primis ⁊ imediatis.qḋ itelligēdū est de demōstratione ꝓpter quid. Sed tñ differt scire:q2 ita est: ⁊ ꝓpter qd ita est. Et cū demōstratio sit syllogismus Lec.4.

faciēs

faciēs scire vt dictū est. opz etiā q demōstratio que facit scire quia. differat a demōstratione que facit scire ppter quid. Et hec qdē differētia ꝯsiderāda est in eadē sciētia postea ꝯsiderāda est in diuersis. In vna aūt dr dupliciter differre vtrūqz pdictoꝝ fm duo que requirebātur. ad demōstrationē simpliciter que facit scire ppter qd. s. q sit ex causis: ꝛ sit ex imediatis. Uno igiť modo differt scire quia. ab hoc qd est scire ppter quid: qꝛ scire quia: est si nō fiat syllogism⁹ demōstratiuus per nō mediū. id est per imediatū: sed fiat per mediata. Sic eniz nō accipieť prima causa: cū tñ sciētia que est ppter quid. sit fz primā causam. Et ita nō erit scia ppter quid. Alio modo differt scire qꝛ est: qꝛ scire quia: est qñ fit syllogismus nō quidez per media. i. per mediata: sed per imediata: sed nō fit per causam: sed fit per ꝯuertētiā. i. per effectus ꝯuertibiles ꝛ imediatos. Et ista talis demōstratio fit per notius. s. nobis. als nō faceret scire. Nō enim puenimus ad cognitionē ignoti nisi per aliqd magis notū. Nihil enim phibet duoꝝ eque pdicātiū. i. ꝯuertibiliū quoꝝ vnuz sit causa ꝛ aliud effectus: notius esse aliquādo nō causaz: sed effectū magis. Naz effectus aliqñ est notior causa quo ad nos: ꝛ fm sensuz. lz causa sit notior simplr: ꝛ fm nāz. Et ita per effectū notiorē causa pōt fieri demōstratio nō faciēs scire propter quid: sed tñ quia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quare demonstratio per idipsum efficietur: veluti vagas stellas esse prope: qꝛ non micant. Uage stelle sunt. c: nō micare. b: prope esse colloccetur in. a. Uere igiť. b. diceť de. c: vage nāqz stelle nō micāt. At vere etiā. a. de ipso diceť. b: qd enim nō micat: id est ppinquū. Hoc aūt per inductionē vel sensuz sumať. A. igiť necesse est ipsi cōpetere. c. Quare demonstratū est vagas esse propinquas. Hec igiť ratiocinatio non est ipsius ppter quid est. Nō enim qꝛ nō micant: vagantes stelle ideo sunt prope: sed quia sunt prope: ideo non micant.

¶ Ut q ppe sunt planete per id q nō scintillant. Sit in quo. c. planete: in quo. b. non scintillare: in quo. a. prope esse. Uerum igitur est. b. de. c. dicere: planete eniz nō scintillāt. Sed ꝛ. a. de. b. Non scintillans enim ppe est. Hoc aūt accipiť per inductionem aut per sensuz. Necesse est ergo. a. ipsi. c. inesse. Quare mōstratū est q erratice ppe sūt. Hic igiť syllogismus nō est propter quid: sed quia. Nō eni ex eo q nō scintillāt: ppe sunt: sed ppter id qd ppe sunt: non scintillant.

¶ Manifestat pdictā differētiā per exēpla. Et diuidiť in duas ptes. In pma manifestat exemplū de demōstratione quia. que est per effectum. In scda de demonstratione quia. que est per causam mediatā. ibi ⌊ Amplius in qbus mediū. ⌋ Prima in duas. In prima ponit exēplū de syllogismo qui fit p effectū ꝯuertibilē. In scda de syllogismo qui fit per effectū nō ꝯuertibilē. ibi ⌊ In qb⁹ aūt media. ⌋ Prima diuidiť in duas partes fz duo exēpla que ponit. Scda pars incipit ibi ⌊ Iteꝝ sic lunā. ⌋ Circa primuz duo facit. Primo ponit exēplū de demonstratione quia: que est per effectum. Scdo docet quomodo posset conuerti in demōstrationē ppter qd. ibi ⌊ Cōtingit aūt. ⌋ Dicit ergo primo q demōstratio quia: est per effectū. Ut si quis cōcludat q planete sunt ppe: ppter hoc q nō scintillāt. Nō eni scintillare est causa q planete sint prope: sed ecōuerso. Propter hoc eni nō scintillāt planete: qꝛ sunt ppe. Stelle enim fixe scintillāt: qꝛ visus in cōprehensione earū caligať ppter eaꝝ distātiā. Formeť ergo syllogismus sic. Omne nō scintillās est ppe. Planete sunt nō scintillātes. Ergo sunt ppe. Sit in quo. c. planete: id est accipiať planete qsi minor extremitas. In quo aūt. b. sit nō scintillare: id est nō scitillare accipiať medius terminus. In quo aūt. a. sit ppe esse. i. ppe esse accipiať vt maior extremitas. Uera igitur est hec ppō. Omne. c. est. b. qꝛ planete nō scintillant. Et iteꝝ veꝝ est q. b. sit. a. qꝛ ois stella non scintillās ppe est. Huiꝰ autē ppōnis veritas opz q accipiať per iductionē: aut per sensuz: qꝛ effectus hic est notior causa. Et sic sequiť ꝯclusio q oē. c. sit. a. Et sic demonstratū est q planete nō scitillātes siue stelle erratice sūt ppe. Hic igiť syllogismus nō est ppter qd: sed quia. Nō enim ppter hoc q scintillāt planete: sūt ppe: sed ppter id q prope sunt: non scintillant. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Fieri etiam pōt: vt per alteꝝ: alterum ostēdatur: atqz tunc erit ipsius ppter quid est ratiocinatio. Nam stelle vagantes quidē sint. c. Prope autē esse in. b: ꝛ non micare collocetur in. a. Et. b. igitur competit ipsi. c: nam vagantes stelle sunt prope. Et. a. constat ipsi competere. b. Ea namqz non micant: que ppe sunt. Quibus fit vt. a. quoqz competat ipsi. c. Atqz hec est ratiocinatio ipsius propter quid est. Nā sumpta est ipsa causa prima.

¶ Contingit aūt ꝛ per alteꝝ: alterum monstrare: ꝛ erit ppter qd demōstrationē. Ut sit. c. erratice. In quo. b. ppe esse. A. non scintillare. Est igitur ꝛ. b. in. c: quare ꝛ in. c. a. ꝛ in. b. a. quod est nō scintillare. Et erit ppter qd syllogismus. Accepta est enim prima causa.

¶ Docet quomodo demōstratio quia: ꝯuertať in demonstrationē ppter quid. ꝛ dicit q ⌊ ꝯtingit per alteꝝ demonstrare alteꝝ. ⌋ idest ppter hoc q est ppe esse: demōstrare q nō scintillāt: ꝛ sic erit demōstratio ppter quid. ⌊ Ut sit c. erratice. ⌋ idest accipiať stella erratica minor extremitas. ⌊ In quo. b. sit ppe. ⌋ idest ppe esse. accipiať vt medi⁹ terminus: qd supra erat maior extremitas. ⌊ A. sit nō scintillare. ⌋ idest accipiať non scintillare maior extremitas: qd supra erat medi⁹ terminus. Est igiť ꝛ. b. in. c. qꝛ ois planeta ppe est: ꝛ. a. est in. b. qꝛ ois planeta qui ppe est nō scitillat. Quare sequiť q ꝛ. a. sit in. c. scilicet q ois planeta non scintillet. Et sic est syllogismus ppter qd: cū accepta sit prima ꝛ imediata causa. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Rursus fit vt luna per accretiones demōstretur esse rotunda: quēadmodum quidā demonstrant: nam si rotundū est id omne quod sic accrescit. Luna aūt sic accrescit: perspicuū est lunam esse rotundā. Atqz hoc quidem modo ea facta est ratiocinatio: qua ipsum esse ostendiť. At si mediuz contra ponatur: extruetur ipsius propter quid est ratiocinatio: non enim ob excretiones tales: rotunda est luna. Sed qꝛ est figure rotūde: ideo talia suscipit incremēta: atqz

sit in.c.luna:rotūdū in.b.sit accrescē ponat in.a.

Vide in annot. ¶ Item sic lunam demōstrant: qz per incrementa circularis sit. Sic quidez igitur ipsius quia: factus est syllogismus. Econuerso aūt posito medio: ipsius ꝓpter quid sit. Non enim ꝓpter augmēta: circularis est: sed quia circularis est: accipit augmēta huiusmodi. Luna in quo.c. in quo.b. augmentum sit: in quo.a. circularis.

¶ Ponit aliud exēplū dicēs ꝙ [sic] .i. demōstratione faciēte scire quia. [demōstrāt ꝙ luna sit circularis per incremēta.] q̄bus.s. omni mēse augeē ꝛ minuit. sic arguentes. Omne qđ sic augeē q̄si circulariter circulare est. augeē aūt sic luna. ergo est circularis. [Sic igit factus est syllogismus demonstrans quia. Sed ecōuerso posito medio ipsi⁹. sit syllogismus ꝓpter quid] .i.s. si ponat circulare vt medius terminus: ꝛ augeē maior extremitas. [nō enim ideo est circularis luna.] qz sic augetur: [sed qz circularis est. ideo talia augmenta recipit.] Sit ergo [luna in quo c.] .i. minor extremitas. [Augmētuz in quo.b.] .i. medius terminus. [Circulariter aūt in quo.a.] .i. maior extremitas. Et hoc itelligendū in syllogismo quia. Ecōuerso aūt in syllogismo ꝓpter quid. ¶ Deinde cum dicit.

¶ In quibus autem ipsa media non conuertuntur: ꝛ est id notius quod non est causa: ostenditur quidem esse. Ipsum autem propter quid est non demonstratur.

¶ In quibus autem media nō conuertunē: sed transcendunt: ꝛ est notius qđ non est causa: qz demonstratur quidem: sed ꝓpter quid non.

¶ Ostēdit ꝙ sit demōstratio quia. per effectū nō ꝯuertibilē. dicēs ꝙ illis etiā syllogismis [in q̄bus media nō cōuertunē] cū extremis. ꝛ accipiē vt notius quo ad nos.s. loco medij [qđ nō est causa.] sed magis effect⁹: [demōstratur q̄dē quia: sed nō ꝓpter q̄d.] Et q̄dē si tale medium cōuertaē cum maiori extremitate ꝛ excedat minorē: manifestū est ꝙ ꝯueniens sit syllogismus. sicut si ꝓbeē de venere ꝙ sit ꝓpe: qz nō scintillat. Si aūt econuerso minor terminus esset in plus q̄z medium nō esset ꝯueniens syllogismus. Nō eniz pōt de stella vniuersalr ꝯcludi ꝙ sit ꝓpe ꝓpter hoc ꝙ nō scintillat. In comparatione aūt ad maiorē terminū est ecōuerso. Nā si mediū sit in minus q̄z maior terminus: ꝯueniēs sit syllogismus. Sicut si per hoc qđ est moueri motu ꝓgressiuo. ꝓbeē de aliquo ꝙ habeat aīam sensibilē. Si aūt sit in plus: nō sit ꝯueniēs syllogismus. Naz ab effectu qui a pluribus causis ꝓcedere pōt: nō potest vna illaꝝ ꝯcludi. Sicut non potest ꝯcludi ꝙ aliquis habeat febrem ex excitatione pulsus.

¶ Preterea in his quibus mediuz extra ponitē: etenim in his ipsis est ipsius esse: ꝛ non ipsius propter quid est demonstratio. Non enim dicit causam ipsam.

Vide in annot. ¶ Amplius in q̄bus mediū extra ponitē. ꝛ in his eni ipsius qz. nō ꝓpter q̄d. demōstratio est. Nō enim dicitē causa. Lectio. XXIIII.



Ostēq̄ manifestauit ꝓhs per exēpla q̄liter demōstraē quia. per effectū. Hic ostēdit qualiter demōstraē quia. per nō immediata. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ꝓpositū. Scđo ostēdit qualiter in huiꝰ demonstrationibus media se habeāt ad ꝯclusiones. ibi [Cōparantur aūt huiꝰ ꝛc.] Circa primū tria facit. Primo ꝓponit intētū. Scđo manifestat per exēpla. ibi [Ut qz nō respirat.] Tertio ordinat in forma syllogistica. ibi [Syllogismus aūt.] Dicit ergo primo ꝙ nō solū in his que ꝓbanē per effectū [demōstraē quia. ꝛ nō ꝓpter q̄d: sed etiā in quibus mediū extraponiē.] Dr̄ aūt medium extraponi qn̄ est diuersuz a maiori termino. vt accidit in syllogismis negatiuis. Uel mediū extraponi dr̄ qn̄ mediū est q̄si cōmunius ꝛ non ꝯuertiē cum maiori termino. Qz aūt per tale mediū nō possit demōstrari ꝓpter q̄d. ꝓbat ex hoc ꝙ demōstratio ꝓpter q̄d: est per causaz. Tale aūt medium nō est per causam ꝓprie loquēdo. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Ueluti propter quid paries non respirat: qz non animal est. Nam si hoc non respirādi causa est: oportebat animal respirandi causaz esse: Ceu si negatio causa est non essendi: affirmatio causa est essendi. Ut si calidoꝝ ac frigidoꝛuz in temperatio: sanitatem non habendi: causa est: eorūdem temperatio: sanitatez habendi: causa est. Pari quoqz mō si affirmatio essendi causa est: ad hec autem hec hoc pacto sunt assignata: non accommodantur id quod est dictum: non enim animal omne respirat.

¶ Ut quare nō respirat paries: qz nō est aial. Si eniz hoc causa est nō respirādi: opz aial causaz esse respirādi. Ut si negatio causa est ipsius nō esse: affirmatio est esse. Sicut si sine mensura esse calida ꝛ frigida: nō sanādi causa est: ꝛ cum mēsura esse: sanādi causa est. Similr autē est si affirmatio ipsius esse: ꝛ negatio nō esse. In his aūt sic demōstratis non ꝯtingit qđ dictum est. Non enim omne respirat animal.

¶ Manifestat qđ dixerat per exēplū: ꝛ dicit: vt si q̄s vellet ꝓbare ꝙ [nō respirat paries: qz nō est aial.] nō demōstrat ꝓpter q̄d. nec accipit causaz: qz [si non esse aial esset causa nō respirādi. oporteret ꝙ esse aial esset cā respirādi] qđ falsuz est. Multa eni sunt aialia que nō respirāt. sicut pisces. Opz eni si negatio est causa negationis ꝙ affirmatio sit causa affirmationis: sicut nō esse calidū ꝛ frigidū in mēsura est causa ꝙ aliq̄s nō saneē. ꝛ esse calidū ꝛ frigidū in mēsura est causa ꝙ aliq̄s saneē. Similr aūt ecōuerso est ꝙ si affirmatio est causa affirmationis. negatio est causa negationis. In p̄missis aūt hoc nō ꝯtigit: quia affirmatio non est causa affirmationis: quia [non omne qđ est animal respirat.] ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqz raciocinatio cause talis in media sit figura. a. nāqz sit animal: b. respirare: paries. c. Igiē ipsum. a. cuilibet q̄dē. b. cōpetit: omne nāqz qđ respirat aial est. Nulli aūt inest. c. Quare neqz b. cuiq̄ cōpetit. c. Paries igiē non respirat.

¶ Syllogismus aūt sit huiusmodi cause in media figura. Ut sit.a. animal: in quo.b. respirare: in quo.c. paries. In quo.b. q̄dē igiē omni est.a. Oē eniz respirās aial est. In.c. aūt nullo. Quare.b. in.c. nullo est. Nō igitur respirat paries. Vide in annot.

¶ Ordinat ꝓdictuz exēplū in forma syllogistica: ꝛ dicit ꝙ

syllogismũ p̄dictũ opʒ fieri in media figura. Et hoc ideo est q2 in prima figura nõ põt esse ꝯclusio negatiua. ita ꝙ maior sit affirmatiua: qð opʒ in p̄dicto exẽplo esse. Nam respirare qð est maior extremitas: opʒ ꝙ ꝯiungat cũ ani mali: qð est medius terminus ſm affirmationẽ. Sed pa ries qð est minor extremitas opʒ ꝙ ꝯiungat cũ aiali: qð est mediũ: ſm negationẽ. ⁊ sic opʒ ꝙ maior sit affirmati ua ⁊ minor negatiua. qð nunq̃ fit in prima figura: sed so lũ in secũda. Accipiat ergo aial. a. i. medius terminus: b. respirare. i. maior extremitas: ⁊ paries. c. i. minor extremi tas. [Sit ergo. a. in omni. b.] q2 omne respirans est aial. [In nullo aũt. c. est. a.] q2 nullus paries est aial. Quare se quitur ꝙ etiã. b. in nullo. c. sit. i. ꝙ nullus paries respiret. Si aũt acciperet mediũ propinquũ esset demonstratio propter quid. Ut si ostenderetur ꝙ paries non respiret: quia non habet pulmonem. Omne enim habens pulmo nem respirat: ⁊ econuerso. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Tales vero cause siles sũt hisce que ꝑ exupera tionẽ dicũt. Hoc aũt est mediũ id dicẽ qð supe rat causaʒ: cuius gñis est Anacharsidis illud: in scythia modulatrices non sunt: nã neqʒ vites.

¶ Cõparãt huiꝰ cãꝝ ſʒ excellẽtiã dcis: h̃ ãt ẽ pli
Vide i an not. mũ distãtẽ mediũ dicẽ. Sic ẽ illð qð anachar sidis i scythis ꝙ nõ sĩt sibilatores: neqʒ. n. vites.

¶ Ostẽdit qũo media se habeãt ad ꝯclõnẽ dicẽs: ꝙ huiꝰ cause remote comparant dictis ſm excellentiã: q2 exce dũt cõmunitatẽ ꝯclonis ꝓbãde. Et huiꝰ mediũ ꝯtingit dicere ꝙ est multũ distãs. vt pʒ in ꝓbatione anacharsi dis qui ꝓbat ꝙ apud scythas nõ sũt sibilatores propter hoc ꝙ nõ sunt ibi vites. Hoc eni est mediũ valde remo tũ. Propinquũ eni esset nõ hr̃e vinũ: ⁊ adhuc ꝓpinquius nõ bibere vinũ. ex quo sequit letitia cordis que mouet ad cãtãdũ. vt sic sibilatio pro cantu itelligat. Uel meliꝰ põt dici ꝙ sibilus hic accipit nõ pro quolibʒ cãtu: sʒ ꝓ cã tu vindemiãtiũ. qð vocat celeuma. ¶ Deide cũ dicit.

¶ In eadẽ igit scia ⁊ i medioꝝ positiõe he sũt dr̃ie rõcinatiõis ipsiꝰ eẽ: ad ipsiꝰ ꝑꝑ qd ẽ rõcinationẽ.

Vide i an not. ¶ Scdʒ qdẽ igit eadẽ sciaʒ: ⁊ ſm eorũdẽ põnẽ. he dr̃ie sũt ipsius qa. ad eũ qui est ꝑꝑ qd syllim.

¶ Epilogat qð disperat dicens ꝙ he sunt differentie syllo gismi quia. ad syllogismum qui est propter quid. in eadẽ scientia. [⁊ ſm eorundem positionem.] id est eoꝝ qui ha bent eundem ordineʒ. Quod dicit ad remouendũ illud quod post dicet ꝙ vna scientia est sub altera.

¶ Alio vero modo differũt esse. ⁊ ꝓpter qd est: ꝙ per aliam atqʒ aliam vtrunqʒ ꝯsideratur.

¶ Alio aũt mõ differt ꝑꝑ qd. ab ipso qa. qð est ꝑ aliã sciẽtiaʒ vtrunqʒ speculari. Lectio. XXV.

Postq̃ ostẽdit Phs q̃liter demonstratio q2 differt a demõstratione ꝓpter qd in eadem sciẽtia: hic ostẽdit quomodo differt in diuer sis sciẽtijs. Et circa hoc duo facit. Primo ꝓ ponit intẽtũ dicens ꝙ alio modo a predictis differt ꝓpter quid ab ipso quia: ꝓpter hoc ꝙ in diuersis scientijs ꝯsiderant. id est ꝙ ad vnã scientiã ꝑtinet ꝓpter quid: ⁊ ad aliã scientiã quia. ¶ Scðo cum dicit.

¶ Tales aũt sũt hee: q̃ ita sese habẽt vt altera sub altera collocet: vt ad geometriã ꝑspectiua: ⁊ ad solidoꝝ sciaʒ: machinaꝝ facultas extruẽdaꝝ: ⁊ ad arithmeticam musica: ⁊ ad astrologiaʒ sese habet eorum sciẽtia que apparent.

¶ Huiꝰ aũt sũt q̃cũqʒ sic se habẽt adinuicẽ: ꝙ al teꝝ sub altero est: vt speculatiua ad geometriã: ⁊ machinatiua ad stereometriam: ⁊ armonica ad arithmeticam: ⁊ apparentia ad astrologiaʒ.

¶ Manifestat ꝓpositum. Et circa hoc duo facit. Primo manifestat ꝓpositũ in scientijs quaꝝ vna est sub altera. Scðo in sciẽtijs quaꝝ vna nõ est sub altera. ibi [Multe aũt nõ sibi.] Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit qua liter se habeãt scientie adinuicẽ quaꝝ vna est sub altera: ad quaꝝ vnã ꝑtinet ꝓpter qd: ad alteraʒ aũt quia. Scðo ostẽdit qũo in p̄dictis sciẽtijs ad vnã eoꝝ ꝑtinet quia. ⁊ ad aliã ꝓpter qd. ibi [Hoc eni ipsũ ⁊c̃.] Circa primũ duo facit. Primo ostẽdit qũo p̄dicte sciẽtie se habeãt adinui cẽ ſm ordinẽ. Scðo ostẽdit q̃liter se habeãt adinuicẽ ſʒ ꝯuenientiã. ibi [Fere aũt vniuoce.] Dicit ergo primo ꝙ huiꝰ sciẽtie sũt. s. ad quaꝝ vnã ꝑtinet quia. ad aliã autẽ ꝓpter qd: q̃cũqʒ sic se habẽt adinuicẽ ꝙ altera est sub al tera. Hoc aũt ꝯtingit dupl̃r. Uno qdẽ modo qñ subiectũ vniꝰ sciẽtie est spẽs subiecti supioris sciẽtie: sicut aial est spẽs corporis nãlis. ⁊ ideo sciẽtia de aialibus est sub sciẽ tia nãli. Alio aũt modo qñ subiectũ iferioris sciẽtie non est spẽs subiecti supioris scie: sʒ subiectũ iferioris sciẽtie cõparat ad subiectũ supioris sicut mãle ad formale. Et hoc modo accipit hic vnã sciẽtiã esse sub altera. sicut spe culatiua: idest ꝑspectiua se hʒ ad geometriã. Geometria eni est de linea ⁊ alijs magnitudinibꝰ. Perspectiua autẽ est circa lineã determinatã ad mãʒ. id est circa lineaʒ vi sualẽ. Linea aũt visualis non est spẽs linee simpl̃r: sicut nec triãgulus ligneus est spẽs triãguli: nõ enĩ ligneũ est differẽtia triãguli. Et simil̃r machinatiua. i. sciẽtia de fa ciẽdis machinis se hʒ ad stereometriã. id est ad sciẽtiam que est de mẽsurationibus corpoꝝ. Et hec sciẽtia dr̃ esse sub sciẽtia per applicationẽ formalis ad mãle. Nã mẽsu re corpoꝝ simpl̃r cõparant ad mẽsuras lignoꝝ ⁊ aliaruʒ materieꝝ que requirunt ad machinas per applicationẽ formalis ad mãlẽ. Et simil̃r se hʒ armonica id est musi ca ad arithmeticã. Nã musica applicat numeꝝ formalẽ quẽ ꝯsiderat arithmeticus ad mãʒ: idest ad sonos. Et si mil̃r se hʒ apparẽtia id est sciẽtia naualis que ꝯsiderat si gna apparẽtia serenitatis vel tẽpestatis: ad astrologiam que ꝯsiderat motus ⁊ situs astroꝝ. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Atqʒ haꝝ nõnulle sciẽtiaꝝ noie ratioñe fo re ꝯueniũt: ceu astrologia est: ⁊ ipsa mathema tica: ⁊ nauigandi scientia: ⁊ musica: ea est que mathematica: ⁊ que auditum oblectat.

¶ Fere aũt vniuoce sũt haꝝ q̃dã sciaꝝ: vt astro Vide in annot.
logia mathematica que ⁊ naualis est: ⁊ armo nica ⁊ mathematica que est ſm auditum.

¶ Ostendit qual̃r se habẽt p̄dicte sciẽtie adinuicẽ ſm cõ ueniẽtiã: ⁊ dicit ꝙ fere huiꝰ sciẽtie sũt vniuoce adiuicẽ. Dicit aũt fere. q2 cõmunicãt in noie gñis ⁊ nõ in noie spe ciei. Dicunt aũt oẽs sciẽtie mathematice: q̃dã qdẽ q2 sũt de subiecto abstracto a mã: vt geometria ⁊ arithmetica que simpl̃r mathematice sunt: q̃dã aũt per applicationeʒ principioꝝ mathematicoꝝ ad res mãles: sicut astrologia dr̃ mathematica ⁊ nãlis scia: ⁊ sil̃r armonica. i. musica dr̃ mathematica: ⁊ q̃ est ſʒ auditũ. i. practica musica que co gnoscit ex experiẽtia auditus. sonos. Uel põt dici ꝙ sunt vniuoce: q2 etiaʒ in noie speciei ꝯueniunt. Nã ⁊ naualis dicit astrologia: ⁊ practica musice dicitur musica. Dicit aũt fere: q2 hoc non contingit in oibus: sed in pluribus.

¶ Hic.n.ipz qdē esse ad eos ptinet scire q sensu vtunt. Ipsuz aūt pp gd est.ad mathematicos ipsos. Hi nāqz cāꝝ demōstratiōes habēt. Et p sepe nesciūt ipz esse: quēadmodū hi q ꝯtēplant ipz vlē: nōnulla singulariū qz nō aiaduertūt sepenumero nesciūt. Hec aūt sūt que formis ipsis vtunt: q̄ qdē sunt alia q̄dā: substātiaqz diuersa. Mathematice nāqz scie sunt: circa formas. De nullo eniz subiecto dicunt. Nā ꝛ si geometrica ipsa sunt in subiecto: non tn̄ vt in subiecto sunt geometrice considerationi subijciuntur.

¶ Hoc.n.ipz qa: sensibiliū ē scire: sz pp gd.mathematicoꝝ. Hi.n.habēt cāꝝ demōstratiōes: ꝛ mltotiēs nesciūt ipm qa. Sicut vlē ꝯsiderātes: mltotiēs q̄dā singulariū nesciūt pp id qd nō itēdūt. Sūt aūt he q̄cūqz alteꝝ qddā sūt ꝫ subaz:
Vide in annot. ꝛ vtuntur spēbus. Mathematice.n.circa spēs sūt: nō eni de subo aliquo. Si.n. ꝛ de subo aliquo geometrice sūt: sz nō ꝫ q de subiecto sūt.

qd sit mediū. Manifestū est.n. ꝙ cā est mediū in demōstratione que facit scire. qꝛ scire est cāꝫ rei cognosceř. Causa aūt est qđ q̄riť in oibꝰ pdictis qōnibus. Qđ pmo manifestat in qōne.qa. Cū.n. q̄riť vtrū luna deficiat: q̄riť scđꝫ modū supra expositū: vtrū aliqd sit cā defectus lune: vel nō est. Et ꝯīter hoc manifestat in qōne ppter qd. Cuꝫ.n. scimus qꝛ est aliqd cā defectus lune: q̄riť qd sit cā. ⁊ h̄ est q̄rere ppter qd. Et eadē rō est in alijs duabꝰ qōnibus: vt per sequētia manifestat. Dicit.n. ꝙ siue accipiamꝰ aliquā rē eē nō hoc aut hoc. puta cū dico. hō est albꝰ aut grāmaticus: sꝫ accipiamꝰ ipsaꝫ subam simplr esse: siue etiā nō accipiamus rē aliquā esse: ⁊ simplr: sed rē aliquā esse aliqd ponēdo in numeꝝ: siue id aliqd sit de numero eoꝝ que pdicanť per se: siue de numero eoꝝ que pdicāť per accñs. siue hoc mō siue illo accipiamus rē esse: causa eiꝰ est mediū ad demōstrādū ipꝫ. Exponit aūt ꝯīter qđ dixit. simpliciter subaꝫ esse. cū q̄rimus de luna: aut de terra: aut de triāgulo: aut de quolibet subō an sit. ⁊ ad hoc demōstrandū accipiť aliqđ mediū. Dico aūt reꝫ esse aliqd: cū querimus eclipsiꝫ de luna: aut eq̄litatē aut ineq̄litatē de triāgulo: aut de terra vtrū sit in medio mūdi aut nō. Et ostēdit ꝙ nō differt q̄tū ad ppositū vtrolibet mō accipiať rem esse. qꝛ in oibus pdictis idē est qd est. ⁊ ppter qd. Et hoc manifestat pmo in defectu lune. Si.n. q̄rať qd est defectus lune: rñdeť ꝙ est priuatio luminis a luna ppter terrā que obijciť īter ipsam ⁊ solē. Et hoc idē rñdemus si q̄rať ppter qd luna deficit. Dicit.n. ꝙ luna deficit ppter defectū luminis ex oppositione terre. Et idē manifestat in alio exēplo. Si.n. q̄rať qd est ꝯsonātia. rñdeť ꝙ est ratio.i. pportio numeroꝝ sꝫ acutū ⁊ graue. Et rursuꝫ si q̄ratur ppter qd acutū ꝯsonat graui. rñdeť ppter id qđ hñt numeralē pportionē acutū ⁊ graue. Sic ergo qđ qd est. ⁊ q̄stio ppter qd. redeūt in idē subō: q̄uis differāt rōne. Unđ qꝛ cū q̄riť ppter qd: q̄riť qd sit mediū. vt ostēsuꝫ est. relinquiť ꝙ cū q̄riť qd est. silr q̄rať mediū. Et idē ostēdit in qōne.qa. Ut eniꝫ dictū est. ꝯsonātia est rō in numeris acuti ⁊ grauis. cū ergo q̄riť vtrū acutū ⁊ graue ꝯsonent. q̄riť vtrū sit aliq̄ rō numeralis acuti ⁊ grauis. ⁊ hoc est mediū ad demōstrādū ꝙ acutū ⁊ graue ꝯsonāt. Relinquiť ergo ꝙ in qōne.quia. q̄riť an sit mediū. Cū aūt acceperimus qa est aliq̄ rō numeralis acuti ⁊ grauis. queremus que sit rō illa. Et hoc est q̄rere qd vel ppter qd.

℄ Videť hic Arist. dicere ꝙ diffō passionis sit mediuꝫ in demōstratione. ℄ Sed ꝯsiderānduꝫ est. ꝙ diffō passionis pfici nō pōt sine diffōne subi. Manifestū est eniꝫ ꝙ pncipia que ꝯtinet diffō subi sūt pncipia passionis. Nō ergo demōstratio resoluet in pmā cām nisi accipiať vt mediū demōstrationis diffō subi. Sic ergo opꝫ passionē ꝯcludere de subō per diffōnē passionis. ⁊ vlterius diffōnē passionis ꝯcludere de subō per diffōnē subi. Unđ etiaꝫ in pncipio dictū est ꝙ opꝫ pcognoscere qd est nō solū de passione sed etiā de subō: qđ nō oporteret nisi diffō passionis ꝯcluderet de subō per diffōnē subi. Et hoc pꝫ per exēplū. Si velimus de triāgulo demonstrare ꝙ hꝫ tres angulos eq̄les duobꝰ rectis. accipiamus pmo pro medio qđ est figura habēs angulū extrinsecū equalē duobus rectis itrinsecis sibi oppositis: qđ est quasi diffō passionis. Quod iteꝝ demōstrare opꝫ per diffōnē subi: vt dicamꝰ. Ois figura tribus rectis lineis ꝯtenta: hꝫ angulū exteriorē equalē duobus iterioribus sibi oppositis: sed triangulus est huiꝰ. ergo ⁊c. Et idē pꝫ si velimus demōstrare ꝙ vox acuta ⁊ grauis ꝯsonēt: accipiamus diffōnē passionis vt hic dř.s. ꝙ habēt pportionē numeralē. Sed rursus ad hoc demōstrādū opꝫ accipere diffōnē grauis acuti. Nā grauis vox est que in multo tpe nata est mouere sensuꝫ:

acuta aūt que i modico tēpore:modici aūt ad multū est proportio numeralis. Nec refert si aliter diffiniatur acutum τ graue. Oportet eniz in eoꝝ diffinitione ponere aliquid ad q̄titates ptinens:τ sic necesse erit concludere in eis proportionē numeralem. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Indicat etiā ea quoꝝ mediuz sensu pcipi pōt: nos ipsuz mediū q̄rere. Nā nō sentiētes lune defectionē: τ ne an non est defectio q̄rimus lune. At si essemus in ipsa luna: neqꝫ si fit: neqꝫ cur fit defectio vtiqꝫ q̄reremus: sed simul vtrunqꝫ se nobis vltro offerret: atqꝫ patefieret. Etenim ex sensus pceptione: τ ipsuz vniuersale notum nobis fuisset. Sensu nāqꝫ terrā nūc sese obijcē lune cognosceremus. Pateret eni visu nūc deficere lunā: atqꝫ ex hoc ipsuz emersisset vniuersale. Ut igit̄ dicebamus idē est scire: qd est τ ꝓpter qd est. Et hoc: aut simplr̄ τ nō aliqd eoꝝ que isūt: aut aliqd eoꝝ que cōpetūt: veluti duo recti: aut maius: vel minus. τ huiuscemodi. Pꝫ igit̄ oia que q̄runt̄ mediū questionez esse.

t. c. 2. ¶ Qꝫ aūt mediū sit q̄stio: ondit̄ q̄ncūqꝫ mediuz sensibile est: q̄rimus. n. nō sentiētes: vt defectū si est. Si v̄o essemus sup lunā nō vtiqꝫ q̄reremus neqꝫ si fit neqꝫ ꝓpter qd: sed simul manifestū esset vtiqꝫ: ex eo. n. ꝙ sentim⁹: τ vl'e nobis factū est scire. Sēsus qdē est ei⁹ qd nūc obijcit̄: τ manifestū eni est ꝙ nūc deficit: ex his aūt vl'e vtiqꝫ factū est. Sicut igit̄ diximus. q̄dqd est scire idē est τ ꝑꝑ qd est. Hoc aūt: aut ē simplr̄ τ nō eoꝝ q̄ isūt aliqd: aut q̄ isūt: vt q̄m duo recti sūt: aut q̄m mai⁹ aut q̄m min⁹ est. Qꝫ qdē igit̄ oia q̄ querunt̄: mediū questio sit: manifestum est.

¶ Ostēdit ꝓpositū per signū sensibile: τ dicit ꝙ ea in quibus mediū est sensibile: manifeste ondūt ꝙ ois q̄stio sit q̄stio medij: q2. s. q2 mediū sensibile per sensuz inotescit nullus relinquit̄ q̄ōni locus. Tūc. n. q̄rimus in reb⁹ sensibilibus s3 aliquā pdictaꝝ q̄ōnū: q2 mediū nō sentim⁹ sicut q̄rimus an sit defect⁹ lune. vel si est defectus lune: vel nō: q2 nō sentimus mediū qd est causa faciēs deficere lunā. Sed si essemus in loco q2 est super lunā: videremus q̄ñ luna subintrādo vmbrā terre deficeret: τ ideo circa hoc nihil q̄reremus: nec si est: nec ꝓpter qd est: sed simul vtrūqꝫ nobis fieret manifestū. Et q2 posset aliqs obuiādo dicere ꝙ sensus est singulariū: ea v̄o que q̄runtur sūt vl'ia: sicut τ ea que sciunt̄: τ ita per sensuz nō videt̄ ꝙ possit nobis inotescē id de quo est q̄stio. Ideo q̄si obuiationi ridēs subiūgit ꝙ ex hoc ipso ꝙ sentiremus pciculare. s. ꝙ hoc corpus lune nūc subīrrat hāc vmbrā terre: statim accideret nobis ꝙ scirem⁹ vl'e. Sēsus. n. noster esset de hoc ꝙ nūc lumē solis obstruit̄ per oppositionē terre: τ per hoc manifestū esset nobis ꝙ luna nūc deficit. Et q2 nos conijceremus ꝙ semꝑ hoc mō accideret lune defectus: statim in nr̄a scia sensus rei singularis fieret vl'e. Et ex hoc exēplo ɔcludit ꝙ idē est scire q̄dqd est: τ ꝓpter qd. Nā ex hoc ꝙ videmus terrā interpositā īter solē τ lunā: sciemus τ qd est defectus lune: τ ꝓpter qd luna deficit: quoꝝ vnuz. s. scire qd est: refert̄ ad sciam qua scimus de aliquo ꝙ simplr̄ sit: nō aūt ꝙ aliqd isit alicui: sed ꝓpter qd refert̄ ad cognitionē eoꝝ que isūt: sicut cū dicim⁹ ꝙ tres anguli sūt eq̄les duobus rectis: aut maiores aut minores. Ultimo aūt epilogando concludit principale ꝓpositum. s. manifestum est ex predictis in omnibus que queruntur esse medij questionem.

¶ His itaqꝫ determinatis dicenduz esse videt̄: quonam pacto ostenditur ipsuz quid est: quis reductionis est modus: qd est deniqꝫ τ quoꝝ est diffinitio. Atqꝫ antea dubitādū esse videt̄.

¶ Quomodo autem quodqdest demonstret̄: τ quis modus introductionis; τ quid est diffinitio: τ quorum; dicemus: opponentes primum de ipsis. Lectio. II.

Postq̄ p̄hs ostēdit ꝙ ois q̄stio est quodāmodo qd medij qd qdē est q̄dqdest. τ ꝓpter qd. hic icipit manifestare qualr̄ mediū nobis inotescat. Et diuidit̄ in ptes duas. In prima pte ostēdit q̄ñ τ qd est: τ ꝓpter qd se hꝫ ad demōstrationē. In scd̄a pte ostēdit q̄ñ oporteat inuestigare q̄dqdest: τ ꝓpter qd. ibi. Q̄ñ aūt opꝫ errare. Prima aūt pars diuidit̄ in ptes duas. In prima manifestat q̄ñ se habeat ad demōstrationē illi qd est. In scd̄a manifestat q̄ñ se habeat ad demōstrationē illi ꝓpter qd. qd significat causaz. ibi. Q̄m aūt scire opinamur cū sciamus causaz. Circa primū duo facit. Primo dicit de quo est itētio. Scd̄o ꝓsequit̄ ꝓpositū. ibi. Principiū aūt futurorū. Dicit ergo p̄mo ꝙ q2 ois q̄stio ad cui⁹ determinationē demōstratio iducit̄: est q̄stio medij: qd est qd. τ ꝓpter qd. oportet p̄mo dicere per quē moduz hoc ipsum q̄dqd est nobis ostēdat̄. vtrū. s. per demōstrationē vel per diuisionē: vel quouis alio mō. Et iteꝝ opꝫ dicē q̄ sit modus reducēdi ea que apparent de re ad q̄dqdest. Et q2 diffō est oratio significās q̄dqdest. oportet etiam scire quid sit diffinitio: τ que sint diffinibilia. In his aūt hoc ordine procedemus. Primo qdem opponendo. Scd̄o autem veritatem determinando. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Idqꝫ initium faciendum: quod maxime dicēdis erit accōmodatuz. Dubitauerit itaqꝫ quispiam: vtrum fieri possit: vt idē rationeqꝫ eiusdem diffinitione: demonstrationeqꝫ: sciatur. An idipsum fieri nequeat.

¶ Principiuz aūt sit futuroꝝ quod vere sit magis proprium habitaꝝ rationuz. Dubitabit enī aliquis vtrum sit idem τ s̄m idem diffinitione scire τ demonstratione: aut impossibile.

¶ Exequit̄ ꝓpositum ordine p̄dicto. Unde primo pcedit circa p̄missa disputatiue opponēdo. Scd̄o veritatē determinando. ibi. Iteꝝ aūt speculandū: si nō dr̄ bene. Circa primū duo facit. Primo pcedit disputando de ipsa diffinitione que significat q̄dqdest. Scd̄o de ipso qd est per diffinitionē significato. ibi. Ipsi⁹ aūt qd est. vtrū syllo. Circa primū tria facit. Primo inquirit disputatiue vtrū oium quoꝝ est demōstratio sit diffō. Scd̄o vtrū ecōuerso oiuz quoꝝ est diffō sit demōstratio. ibi. Quid aūt cui⁹ est diffō. Tertio vtrū alicui⁹ eiusdē sit diffō τ demōstratio. ibi. S3 vtrū si nō ois. Circa p̄mū duo facit. Primo dicit de quo est itētio. Scd̄o exequitur ꝓpositū. ibi. Dubitabit. n. vtiqꝫ aliqs. Dicit ergo p̄mo ꝙ īter ea que in futuꝝ dicēda sūt p̄ncipiū opꝫ sumere ab eo qd est ɔuenientissimū habitaꝝ. i. ɔsequētiū rōnū. Quod qdē est de hoc

ꝙ posset

ꝙ posset aliqs dubitare. vtrū ꝯtingat idem ⁊ ẜm idē scire per diffōnē ⁊ demōstrationē. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Etenim diffinitio ipsius quid est esse videtur. Omne autem quid est: vniuersale est: atq; affirmatiuū. At ratiocinationes alias negatiuas: alias nō vniuersales esse patet. Uniuerse nāq; ratiocinationes secunde figure sunt negatiue. Tertie autem vniuersales non sunt.

¶ Diffinitio quidem enim q̄d quid est scire videtur: q̄d aūt qd est oē vl'e ⁊ p̄dicatiuū est. Syllogismi aūt sunt alij quidem priuatiui: aut nō vniuersales. Sicut in secūda qdē figura priuatiui omnes sunt. In tertia v̄o nō vniuersales.

¶ Probat ꝙ nō oīum quoꝝ est demōstratio sit diffō. Et hoc q̄druplr. Primo qdem: q2 diffō est idicatiua eius q̄d qd est. oē aūt q̄d ptinet ad q̄d qd est p̄dicat̄ ⁊ affirmatiue ⁊ vniuersalr. ergo diffō est solū coꝝ ꝯtētiua siue significatiua que p̄dicant̄ affirmatiue ⁊ vl'iter. Sed nō oēs syllogismi sūt demōstratiui ꝯclonū affirmatiuaꝝ vniuersaliū: sed qdā sunt negatiui: puta oēs qui fiūt in scda figura: qdā v̄o particulares: puta oēs qui fiūt in tertia figura. Nō ḡ oīum est diffō quoꝝ est demōstratio. ¶ Scdo ibi.

¶ Deinde nec eoꝝ oīum est diffō: que per primā affirmatiue demōstrant̄ figurā. quale est hoc. Ois triāgulus h3 tres angulos duobus rectis equales: aliaq; similia. Huiꝰ aūt rō est: quia id scire q̄d demonstrari potest nil aliud est q̄ꝫ demonstrationē eius habere: quare si est talium demonstratio: patet eorundem ⁊ diffinitionem non esse. Nam si esset: per diffinitionem etiam quispiam sciret: demonstrationem non habēs. Nihil enim vetat: vt non simul demonstratio atq; diffinitio habeatur.

¶ Postea neq; eorum que sunt in prima figura oīum est diffinitio: vt ꝙ omnis triāgulus duobus rectis equales habet. Huiusmodi autē ratio est: quoniam scire demonstrare est demonstrationem habere: quare si in talibus demonstratio est: manifestum est ꝙ non erit ipsorum diffinitio. Scit enim vtiq; aliquis ⁊ ẜm diffinitionem non habens demonstrationem. Nihil enim prohibet non simul habere.

Vide in annot.

¶ Ostēdit idē dicēs: ꝙ neq; diffō etiam pōt esse oīum eorū que ꝯcludunt̄ per syll'os affirmatiuos: q̄d ꝯtingit esse solū in p̄ma figura: sicut demōstratiue syllogiçat̄ ꝙ triāgulus h3 tres angulos eq̄les duobus rectis. Huiꝰ aūt q̄d dictū est. s. ꝙ nō oīum que syllogiçant̄ possit esse diffō rō est: q2 scire aliqd demōstratiue nihil aliud est q̄ꝫ demonstrationē hr̄e. Ex quo p3 ꝙ si oīum hoꝝ scia solū per demōstrationē habet̄: nō est eoꝝ diffō. Ea. n. quoꝝ est diffō cognoscunt̄ per diffōnē. Sequeret̄ ergo ꝙ aliqs nō hn̄s eoꝝ demōstrationē sciret ea: eo ꝙ nihil p̄hibet aliquem habētē diffōnē nō simul hr̄e demōstrationē: q̄uis diffō sit demōstrationis p̄ncipiū. Nō. n. q̄cūq; cognoscit p̄ncipia: scit ꝯclonē iducere demōstrādo. ¶ Tertio ibi.

¶ Inductione etiā idē satis ostēdi: crediq; pōt. Nihil enim vnq̄ꝫ eoꝝ que vel per se vel per accidens insunt diffinientes cognouimus.

¶ Sufficiens aūt fides est ex inductione. Nihil enim aliquādo diffiniētes cognoscēt: neq; eoꝝ que per se insunt: neq; que insunt ẜm accidens.

¶ Ostēdit idē per iductionē ex qua pōt fieri p̄misse ꝯclonis sufficiēs fides: q2 demōstratio est eoꝝ que per se insunt: vt p3 de his que in primo habita sunt. Nullus autem vnquā cognouit per diffinitionem: neq; aliquid eoꝝ que per se insunt: neq; etiā aliquid eoꝝ que per accidēs isūt: q̄ꝫ accidētiū que per se vel per accn̄s isunt nō possūt esse alique diffōnes: vt habet̄ in 7° meta. Quare eius q̄d est inesse per se vel per accidens: q̄d syll's ꝯcludit: nullus vnq̄ꝫ dedit diffinitionem. ¶ Quarto ibi.

Lec. 4. ⁊ sequētibus

T. cō. 4. 15.

¶ Preterea si diffinitio substātiā explicat atq; declarat: patet talia non substantias esse. Perspicuum igitur est non omnis eius diffinitionem esse cuius est demonstratio.

¶ Amplius si diffinitio: substātie quedā est notificatio: huiusmodi manifestum est ꝙ non sint substātie. Quod qdem igit̄ nō est diffinitio oīs cuius est ⁊ demonstratio: manifestum est.

¶ Ostēdit idē per rationē: q2 diffinitio est notificatio substātie: tum q2 subā principalr diffinitur. accidēs aūt per posterius: diffōne que est per additamentum: vt habetur in 7° meta. tum etiā q2 accn̄s nō diffinit̄ nisi quatenus significat̄ per modū substātie per aliq̄d nomen. Hec autē de qbus sunt demōstrationes nō sunt substātie: nec per modū subē significant̄: sed per modū accidētiū. s. ẜm inesse aliqd alicui. Unde ꝯcludit nō esse possibile ꝙ diffō sit oīs eius cuius est demōstratio. ¶ Deinde cū dicit.

T. cō. 4. 14. 15.

¶ At est ne eius omnis demonstratio cuius est diffinitio. At videt̄ non esse: vna nāq; ⁊ eadem de hoc etiā ei ratio. Constat enim vnius ea rōne qua vnum est: sciētiam vnā esse: quare si id scire quod demōstrari potest: nil aliud est q̄ꝫ demonstrationem eius habere: eueniet aliquid quod fieri nequit. Sciet enim is quid diffinitionem habet sine demonstratione profecto.

¶ Quid autē: cuius est diffinitio nunqd oīs est demonstratio: aut nō. Una qdem iam rō: ⁊ de hac eadē est. Unius eni inquātū vnum vna est sciētia; q̄re si vere scire demōstrabile est sciētiam habere: accidet quoddā impossibile. Diffinitionē enim habēs sine demōstratione sciret.

¶ Inquirit an ecōuerso demōstratio sit oīs eius: cuiꝰ est diffinitio. Et ostēdit ꝙ nō duplici rōne: quaꝝ prima supra tacta est. Unius eni inquātū est vnum videt̄ esse vna sciētia. i. vnus modus cognoscēdi. Unde si id q̄d est demonstrabile vere scitur per hoc ꝙ habet̄ demonstratio de eo: sequit̄ quoddā ipossibile si per diffōnem sciri possit. q2 habens diffinitionē sciret aliquid demonstrabile absq; hoc ꝙ haberet demonstrationem: quod videt̄ inconueniens. Et hec ratio fuit secundo posita inter premissas. ¶ Secundam rationem ponit ibi.

Lec. pen.

¶ Preterea demōstrationū principia sunt diffinitiones. Quoꝝ non esse demonstrationes: antea demōstrauimus. Alioquin in infinitū esset processio. Etenim aut principia demōstrant̄:

⁊ principioꝝ sūt semꝑ principia: modusq; nullus vnquam occurrit: aut in primis stetur necesse est: que quidem ⁊ diffinitiones sunt: ⁊ demonstrari non possunt.

¶ Amplius principia demōstrationū diffōnes sunt: quaꝝ nō esse demōstrationes mōstratum est prius: aut erūt pricipia demōstratiua ⁊ principioꝝ principia: ⁊ hoc in infinitum abibit: aut primaꝝ diffinitiones erūt indemonstrabiles.

¶ Diffinitiones enī sunt principia demōstrationū: vt in primo habitū est: sed principia nō sūt demōstrabilia: q2 sic sequeret ꝙ ꝑncipioꝝ essent ꝑncipia: ⁊ ꝙ demōstrationes in īfinitū ꝓcederēt: qḋ est īpossibile: vt in primo ostēsū est. Vn̄ sequit ꝙ diffōnes sint idemōstrabiles tanq̄ quedā ꝑncipia prima in demōstrationib⁹. Et sic nō oīū quoꝝ est diffinitio est demōstratio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ At si non omnis eiusdem: cuiusdā ne saltem diffinitio ac demōstratio est. An neq; hoc esse potest. Non eniꝫ eius est demonstratio cuius est diffinitio. Eteniꝫ diffinitio est ipsius qḋ est: substantiāq; declarat. Demōstrationes aūt id ipsū subijcere sumereq; videnꝰ. Mathematice nāq; qḋ est vnitas: quid par: qḋ impar: accipiunt. Ceteręq; demōstrationes similiter.

¶ Sed vtrū si nō oīs eiusdē: sed cuiusdā eiusdē sit diffō ⁊ demōstratio: aut īpossibile sit. Non est demōstratio cuius est diffō: diffō qdē ipsi⁹ qḋ est: ⁊ sube est: sed demōstrationes videntur oēs supponē esse: ⁊ accipiētes qḋ qḋ est: vt mathematice qḋ vnitas: ⁊ qḋ impar: ⁊ alie sil'r.

¶ Inquirit vtrū sit possibile ꝙ alicuius eiusdē sit diffinitio ⁊ demōstratio: ⁊ si nō oīs ei⁹. Et ostēdit ꝙ nō: tribus rōnibus: quaꝝ prima est: q2 diffinitio est manifestatiua eius qḋ qḋ est: ⁊ sube idest essentie cuiuslibet rei. Demonstrationes aūt hoc non manifestant: sed supponunt. sicut in mathematicis demonstrationibus arithmetice supponitur quid est vnitas: ⁊ quid est par. ⁊ simile est etiam in alijs demonstrationibus. ergo non est eiusdem demōstratio ⁊ diffinitio. ¶ Secūdam rōnem ponit ibi.

¶ Preterea oīs demōstratio aliqḋ demonstrat de aliquo: vt esse: aut nō esse. At in diffōne nihil de alio ꝑdicat: veluti neq; aīal de bipede: neq; hoc de aīali: nec itē figura de plano. Nō est enī planum figura: neq; figura planum.

¶ Ampli⁹ oīs demōstratio aliqḋ de aliquo demōstrat: vt q2 est: aut nō est: in diffinitione aūt nil alteruꝫ de altero ꝑdicat: vt ꝙ aīal de bipede: neq; hoc de aīali: neq; de plano figura. Neq; enim planum est figura: neq; figura planum.

¶ Que talis est. In eo qḋ per demōstrationē ↄcludit predicat aliqḋ de aliquo vel affirmatiue vel negatiue: s; in diffōne nō predicat aliqḋ de aliquo: sicut in hac diffōne. homo est animal bipes: neq; ꝑdicat aīal de bipede: neq; bipes de aīali. Et sil'r in hac diffōne circulus aut triāgulus est figura plana: nec planū ꝑdicat de figura: neq; ecōuerso. Si n. ptes diffōnis adiūgerēt sibi inuicē: oporteret ꝙ ꝑdicatio itelligeret per modū ↄueniētē diffōni. s. in eo qḋ qḋ est: hoc aūt non videmus. Nec enim genus ꝑdicat in eo qḋ qḋ est de dr̄ia: neq; ecōuerso. Nō ergo eiusdē est diffō ⁊ demōstratio. ¶ Tertiā rōnem ponit ibi.

¶ Preterea differt qḋ est: ⁊ esse ostēdē. At diffinitio qdē qḋ est patefacit. Demonstratio xo ꝗppiā inesse cuipiā vel nō inesse demōstrat. Diuersoꝝ aūt diuersa est demōstratio: nisi qḋ totius sit pars. Qḋ qdē ꝓpterea dictū est: qḋ si demōstratū est: triangulū oēm duobus rectis angulos tres equales hr̄e: demōstratū est etiā triāgulū duoꝝ equaliū lateꝝ tres angulos equales duobus rectis hr̄e. Iste nāq; partis: ille totius rōnē hr̄e videt. At qḋ est: ⁊ esse: non ita sese hr̄e videnꝰ. Q nippe cū neutrū ad alteꝝ partis habeat rōnē. Pꝫ igit nec eius oīs demōstrationē esse cuius est diffinitio: nec ei⁹ oīs diffōnē esse: cuius est demōstratio. Quibus efficit: vt oīno cuiusq; eiusdē vtrūq; haberi non possit. quare perspicuum est: neq; idem esse diffinitionem demōstrationēq;: neq; alteꝝ in altero esse. Nā ea que subijciunt sil'r ꝓfecto sese hn̄t. Sed de his hacten⁹: satis enī de hisce diximus dubitādo.

¶ Ampli⁹ alteꝝ est qḋ qḋ est: ⁊ q2 est demōstrare. Diffō qdē igit qḋ est ondit: sed demōstratio q2 si est hoc de hoc: aut nō est. Alterius aūt altera demōstratio est: nisi sit tanq̄ qdā pars toti⁹. Hoc aūt dico qm̄ ostēsū est ꝙ isocheles duobus rectis hꝫ tres: si oīs ostēsus est triangulus: pars. n. est: hoc aūt totū. Hec aūt adinuicē non se hn̄t sic: ⁊ q2 est ⁊ qḋ est. Nō. n. alteꝝ est alterius pars. Manifestū itaq; est ꝙ neq; cui⁹ est diffō oīs sit demōstratio: neq; cuius oīs sit demōstratio hui⁹ oīs sit diffō. Quare oīno eiusdē nulli⁹ ↄtingit hr̄e vtrūq;. Manifestū igit est ꝙ neq; diffinitio est demōstratio: neq; idē erūt: neq; alteꝝ in altero: ⁊ nāq; subiecta sil'r se haberēt. Hec qdem igit vsq; ad hoc opposita.

¶ Et dicit ꝙ alteꝝ est manifestare qḋ qḋ est: ⁊ q2 est. vt pꝫ in dr̄ia qōnū suprapositā: sed diffō ostēdit de aliquo qḋ est: demōstratio aūt ostēdit affirmatiue vel negatiue aliqḋ esse de aliquo vel nō esse. Videmus aūt ꝙ alteri⁹ rei alia est demōstratio: nisi illa duo se habeāt adinicē sicut totū ⁊ pars: q2 tunc vna ⁊ eadem esset demonstratio de vtroq;. Sicut demōstrato ꝙ triāgulus hꝫ tres angulos eq̄les duobus rectis. sil'r etiā ostēsum est de isochele: qui se hꝫ ad triāgulū sicut pars ad totū: sed nō ita est in his duobus: q2 est ⁊ qḋ est: neutrū enī est pars alterius. Ostēsuꝫ est igit ꝙ nec oīs cui⁹ est diffō sit demōstratio: neq; ecōuerso. Et ex hoc vlteri⁹ ↄcludi pōt: ꝙ nulli⁹ eiusdem sint. Et ꝙ diffō ⁊ demōstratio neq; sūt idē: neq; vnū sit in alio: sicut pars subiectiua in suo toto. q2 oporteret ꝙ etiā ea quoꝝ sunt se haberent per modū totius ⁊ partis. ita. s. ꝙ omne diffinibile esset demōstrabile aut ecōuerso: qḋ supra improbatuꝫ est. Vltimo epilogando ↄcludit vsq; ad hoc processum esse opponendo.

¶ Nunc

¶ Nunc inuestigem⁹ opz vtrum ipsius qd est: ratiocinatio sit demōstratioq3: an nō sit: vt nūc sermo noster supponit.

T.cō.3. ¶ Ipsius aūt qd est vtrū syll'us sit: aut demr̄atio est: aut nō sicut rō supposuit. Lectio. III.

Postq̄ p̄hs disputatiue inqsiuit. vtrū diffō significās qōgdest possit demonstrari. Hic procedit vlteri⁹ ad inqrendū disputatiue: vtrum ip̄z qōgdest qd est diffōnis significatū: possit demr̄atiue pbari. Et p̄mo pponit qd intēdit. Scdo exequit ppositū. ibi [Syll's qdē enim.] Mouet g̃ p̄mo qōnē. vtrū possit esse syll's aut demr̄atio ei⁹ qōgdest ita. s. q̄ ɔcludat h eē qōgdest hui⁹: aut h nō sit poīe: sicut supposuit rō imediate p̄missa. Fuit aūt necīa hec dubitatio post p̄missa: q2 in diffōne attēdit nō solū vt illud qd significat sit qōgdest: sed ēt vt tali mō tradat q cōpetat ad manifestandū qōgdest. ita. s. q̄ sit ex prioib⁹ ꝛ notioribus: ꝛ alia hui⁹ hēat q̄ in diffōne sunt obseruāda. Signāter aūt dicit vtr̄ sit syll's aut demr̄atio. Nā rōnū subsequentiū q̄daz ɔcludūt q̄ eius qōgdest nō sit demr̄atio: q̄daz vō q̄ ei⁹ oīno nō sit syll's. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Patet. n. rōcinationē qdē aliqd p medium de aliquo semp ostēdere. Ipsum aūt qd est ppriuz eē: ꝛ h ip̄o qd est p̄dicari. hec aūt ɔuerti necē ē.

¶ Syll's qdē. n. aliqd de aliquo demōstrat per mediū: sed quid est ppriuz est: ꝛ in eo qōgdest p̄dicat: hoc aūt necesse est conuerti.

¶ Procedit disputatiue ad ostendēdū q̄ nō sit syll's vel demōstratio eius qōgdest. Et p̄mo excludit quosdā speciales modos qb⁹ posset videri q̄ posset demōstrari qd qdest. Scdo ponit rōnes cōes ad hoc. ibi [Ampli⁹ scim⁹ qūo demōstrabit.] Circa p̄mū tria facit. Prio ostēdit q̄ nō pōt demōstrari qōgdest p acceptionē cōuertibilium terminoꝝ. Scdo q̄ nō pōt demōstrari p diuisionē. ibi [At vō neq3 p diuisionis.] Tertio q̄ nō pōt demr̄ari accipiēdo id qd requirit ad qōgdest. ibi [Sed vtrū sit demōstrare.] Circa p̄mū tria facit. Prio premittit quedaz que sunt necessaria ad ppositū ostendēdū. 2⁹ inducit rōnē. ibi [Si. n. ipsius. c. a. ppriū est.] Tertio manifestat inconueniens qd sequit. ibi [Opz aūt in duab⁹ ppositionibus.] Circa p̄mū p̄supponit duo: quoꝝ p̄mum ptinet ad ip̄m syll'm. s. q̄ omnis syll's pbat aliqd de aliquo p aliud mediū: vt ex supiorib⁹ pz. Aliud aūt ptinet ad ip̄m qōgdest: qd est p syll'm probandū: ad qd requirunt due conditiones: quaꝝ vna est q̄ qōgdest sit ppriū. Quelibet eniz res habet ppriā essentiā siue qditatē. Et q2 nō omne qd est propriū alicui pertinet ad essentiā eius: sicut risibile homini. ideo requirit scda ɔditio q̄ p̄dicet in qd. Et has duas cōditiones necesse est sequi tertiaz. s. vt qōgdest sit ɔuertibile cū eo cuius est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Nā si. a. sit ppriū ipsi⁹. c. pz. b. quoq3 ipsi⁹. c: ꝛ. a. rursus ipsius. b. ppriū esse. Quo fit vt oīa ɔuertant mutuāq3 predicationē suscipiāt.

¶ Si. n. a. ipsi. c. est ppriū: manifestū est qd ꝛ. a. ipsi. b. ꝛ hoc ipsi. c. Quare oīa sunt adinuicem.

¶ Ponit rōnē ad ppositū ostendendū. Et circa hoc tria facit. Prio dicit qualē oportet esse syll'm qui concludit qōgdest: si hoc sit possibile. Scdo cōcludit inconueniēs qd ex hoc sequit. ibi [Si ergo qōgdest.] Tertio exēplificat in terminis. ibi [Et oīno si est monstrare.] Circa p̄mū tria facit. Primo enim ostendit quid requirat ad syll'm concludentem qōgdest ex eo qd est propriū. Scdo quid requiratur ex eo qd predicatur in quid. ibi [At vō ꝛ si. a.] Tertio ostendit q̄ sine his talis syll's esse non possit. ibi [Si vō aliqs.] Dicit g̃ p̄mo q̄ si. a. qd est pbanduz de. c. tanq̄ qōgdest eius: est ppriū ipsi. c. qd requiritur ad qd qdest: vt dictū est. oportebit q̄ p̄mū. s. a. sit ppriuz medij quod est. b. Nam si. a. excedit. b. qd vniuersaliter predicatur de. c. sequit q̄. a. multo magis excedat. c. Et silr manifestū est q̄ oportebit. b. esse ppriū ipsius. c. Nam si. b. excedat. c. sequit q̄. a. qd vlr predicat de. b. excedat. c. ꝛ sic nō erit ppriū eius: vt supponebat. Relinquit ergo q̄ si aliquis syllogismus sit qui cōcludit qōgdest. opz esse talem habitudinem terminoꝝ eius: vt omnes adinuicem conuertantur. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At vō si tam. a. cōpetit ipsi. b. vt qd est ipsius q̄. b. competat idērīdē ipsi. c: necesse est tum. a. de. c. predicet: vt quid est ipsius.

¶ At vō ꝛ si. a. in eo qōgdest in oī. b: ꝛ vlr. b. d̄ oī. c. in eo qōgdest dr̄: necesse est ꝛ. a. i eo qōgd est predicari de. c.

¶ Ostendit qd dz hr̄e syll's p̄dictus ex eo q̄ concludit id qd predicatur in eo qōgdest: ꝛ dicit q̄ opz hoc mō syll'm procedere: vt maior extremitas que est. a. p̄dicetur in eo qd qd de medio: qd est. b. ꝛ. b. silr predicet in eo qd qd de minori extremitate: que est. c. ꝛ sic ɔcludit q̄. a. predicetur de. c. in eo qōgdest. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Qd si nō hoc pacto his illud q̄spiā sumpserit: nulla sane necessitas oino cōpellet vt. a. de. c. vt qd est ipsi⁹ dicat. Ut si. a. qdē. vt qd est ipsi⁹. b. cōpetere dixeris: b. vō nō codē mō de quolibet c. p̄dicaueris: q̄re nō solū. a. d̄. b. dicat oz: vt qd est ipsi⁹: s3. b. quoq3 d̄. c. mō codē p̄dicet necē ē.

¶ Si vō aliqs nō accepit sic reduplicās: nō necesse est. a. in eo qōgdest de. c. predicari. Si aūt a. qdē d̄. b. in eo qōgdest nō de qbuscūq3. b. in eo qōgd est: ipsum aūt qōgdest vtrūq3 hoc habebit: erit itaq3 ꝛ. b. d̄. c. in eo qōgdest.

¶ Ostēdit q̄ p̄dict⁹ modus syllogiçādi reqrat. ꝛ dicit q̄ [si aliqs nō ita accipiat terminos duplicās] i. obseruans duas ɔditiones p̄dictas: vel potius accipiens qōgdest ex duab⁹ ptib⁹: nō sequit ex necessitate q̄. a. p̄dicet de. c. in eo qōgdest. Sed ꝛ si ex vna tm̄ pte p̄dicte ɔditiones obseruent: nō sufficit ad ppositū. Et si eniz detr̄ q̄. a. p̄dicetur de. b. in eo qōgdest. nō propter hoc sequit q̄ predicet in eo qd qd de qbuscūq3 p̄dicat. b. ꝛ q̄litercūq3. Et sic sequit q̄ ex vtraq3 pte oporteat accipere qōgdest: ita. s. q̄ nō solū. a. sit qōgdest ipsi⁹. b. s3 ēt ip̄m. b. sit qd est ipsi⁹. c: ɔuertibilr ꝛ in eo qd qd p̄dicatū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Hec enim ita sint: si in vtroq3 ratiocinationis internallo ipsum quid est quiditasq3 sumatur: quiditas nimirum antea q̄ cōcludatur: in ipso medio ratiocinationis termino collocabitur.

¶ Si igit qōgdest ꝛ qōgd erat esse vtraq3 habēt: in medio erit prius qd qd erat esse.

¶ Ducit ad incōueniēs: q2 si sicut ostensum est ex vtraq3 pte inuenit nō solū p̄dicari aliqd in eo qd qd: sicut gen⁹ p̄dicat de spē: sed ēt q̄ ex vtraq3 pte sit qd qd erat esse. qd significat diffinitio: sequit qōgd erat esse p̄us fuisse in medio termino. i. q̄ medi⁹ terminus sit qd qd erat eē.

minoris extremitatis. et ita supponit q oportebat proba re.s.quiditate ipsius.c. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Atqz oino si fieri pot: vt ostedat qd na sit ho: sit.c.qde ho.a.vo qd est ipsi: siue sit aial bipes siue aliqd aliud. Si igit huiusce rocinatio fiet: necesse est.a.de quolibet.b.predicet. Hoc aute erit alia media inter.a.et.c.ro: que qde etia quid est ipsius hois erit. Sumit igit id pfecto qd de monstrare opz.b.naqz diffo ipsi hois est.

¶ Et oino si est monstrare qd est ho: sit.c.ho:a. vo qdqdest siue aial bipes siue aliqd aliud. Si igit syllogizat necesse est de.b.a.oi predicari: et huis aut erit alia media ro.qre et h qdqdest ho.

¶ Manifestat qd dixerat in terminis:putal si volumus mostrare qd est ho: sit.c.i.mior extremitas ho.a. vo.i. maior extremitas sit qdqdest hois:putal aial bipes: vel aliqd aliud huio. Si ergo hoc oporteat p syllm pbari: necesse est q diffiniat aliqd mediu.s.b.de quo oi.a.pdicetur. et ad hoc mediu ptinebit queda alia media diffo:q.s. erat diffinitio minoris extremitatis. Un sequet q hoc etia mediu sit qdqdest hominis. Et ita g sic syllogizat accipit supponendo id qd oportebit ostendere.s. q.b.sit qd qd erat esse hois. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Id aut ipsuz in duabus ppositionibus: et pri mis medioqz vacantibus terminis considerare opz. Maxie aut id qd dictu est elucescit.

¶ Opz aut in duab ppoib primis et imedia tis terminis considerare. Maxime aut manife stum est quod dicitur sic.

¶ Manifestat quo hoc inconueniens sequit ex pmissis. Et circa hoc tria facit. Primo ostedit modu quo h conuenien ter manifestet. et dicit q id qd dcm est opz psiderare in duab ppositionib q sint pme: et habeat terminos ime diate sibi inheretes. Possibile.n. esset p plures ppones h ostedere: ex qb plures sylli pstaret: vel et esse pole duas solas ppones accipiedo accipe eas mediatas:sz qr opz ip deducere ad duas pmas imediatas. Io vt breuior et ex peditior sit psideratio:assumam a pncipio tales ppositiones: et sic maxie poterit manifestari ppositu. ¶ 2o ibi.

¶ Qui igit per ea couertunt: qd sit aia: qd ho: vt quoduis aliud conant ostedere: hi petut id sine dubio qd initio querut: demonstrareqz nitun tur. Ut si qs censuerit id aiaz esse.qd est sibi vi uendi causa: atqz hoc numeru esse seipsum mo uente. Is enim necesse est postulet adeo aiam numeru esse seipsuz motu cientem: vt idem sit anima numerusqz seipsum mouens.

¶ Qui qde itaqz p puersione demrantes qd est aia: et qd est ho: aut aliud qlibet eoz q sunt: qd est ex principio petut. Ut si aliqs diffiniat aiam esse eandem eide cam viuendi: hoc aut numeru seipm mouente: necesse est repetere si cosequit q hec est esse numeru seipz mouete sic sic idez.

¶ Proponit qd intedit: et dicit pcludes ex pmissis: q illi q volut demrare p terminos puertibiles qdqdest alicui rei.putal qd est aia: vel qd est ho. vl qdcuqz aliud huio

necesse est q incidat in hoc q petat pn. Et inducit exe plu de diffone aie fm Platone.qr.n.aia viuit: et est corpo ri ca viuedi: sequit q differat a corpe p h q corpus vi uit pp alia cam: aia vo viuit p seipsam. Ponebat autem Plato q numerus est suba oium rex: eo q no distinguebat iter vnu qd puertit cu ente qd significat subam ei de quo dr: et vnu qd est pn numeri: et ita sequebat q aia subalr sit numerus. sicut et quelibet alia res multa in se cotines. Itez ponebat Plato q viuere sit qda moueri. Duobus.n. distinguit viuu a no viuente.s.sensu et motu: vt dr in p de aia: et ipm sentire siue cognoscere dicebat ee qda moueri. Sic g dicebat aiam ee numeru seipm mo uente. dicebat et aiam esse id qd est sibi ca viuedi. Sigs ergo velit pbare qd est aia:qr.s.est id qd est sibi ca viue di. et assumat p medio q aia est numerus seipm moues: necesse est h petere.s.q aia sit numerus seipm mouens. ita.s. q hoc sit ide ipsi aie: tanq qdqdest eius. Aliogn no sequeret q si aliqd est qdqdest ipsius numeri mouentis seipm q sit qdqdest ipsius aie. ¶ Tertio ibi.

¶ Non enim si.a.qde ipsuz.b:b. vo.c. ipsum se quatur:a. diffinitio erit ipsius.c: sed de ipso tm vere dicet; vt pz. Neqz si rursus.a.rone substa tie coperit et de oi.b.predicat:a.ptinuo diffini tio erit ipsius.c. Queuq enim aialis esse: de ho minis esse: dicit: oe enim aial ronis particeps sub stantia vere est aial particeps: que est principiu sentiendi quemadmoduz et ois homo est aial: no tm hoc di pacto vt vnuz sit. Si igit quispiaz no hoc pacto terminos sumpserit: nunq.a. sa ne qditate ipsius.c. substatiuqz esse concluserit. Sin autem hoc acceperit mo: tu antea profecto b.ipsius.c. diffone sumpserit esse: quare no de monstrabit. Sumit enim id qd initio querebat.

¶ No.n. si psequit.a.ipsi.b. et hoc ipsi.c.erit ipsi c.a.qd qd erat esse: sz vez erat dicere q erit so lum: neqz si est.a.qdqdest: et de.b. predicat oi. Na aialis esse pdicat de hois esse: sicut et dici mus omnem hoiem esse animal: sed no sic sicut vnu est esse. Siquidem igit no sic accipiat non syllogizat q.a.sit in.c.in eo qd qd erat in suba. Si vo sic accipiat. tuc prius erat accipies q in.c. est in eo qd qd erat esse.b. Quare neqz demon stratu est. Qd enim erat in principio accepit.

¶ Probat ppositu.s.q talis pbatio ptineat petitionem pncipij: et dicit q no sequit q maior extremitas q est.a. sit qdqdest minoris extremitatis qd est.c.ex h q.a.sequit ad.b.et.b.sequit ad.c.sed sequit simplr q.a.solu sit.c. Et si vlterius dr q ipm.a.sit qdqdest alicui: et pdicet vlr de.b.no adhuc sequit q.a.sit qdqdest ipsius.c.i.qdqdest aialis pdicari de h qd est hoi esse.i.de eo qd est qdqdest hominis. Sicut enim vez est q aial vlr pdicat de hoie. ita vez est q diffinitio aialis vniuersaliter pdicetur de diffone hois: no tm vt sint oino vnu et idez. Sic g pz q si aliquis no sic accipiat terminos: vt primu sit oino vnuz et ide medio: et mediu vltimo: no poterit syllogizari q.a. qd est pmu sit qdqdest ipsi.c.qd est vltimum ex essentia eius. Si vo accipiant termini mo pdicto: sequit q prius q cocludat: accipiat in pmissis qdqdest ipsius.c.s.ipsius

b. Ex quo sequit꜓ ꝙ non sit demonstratio:sed petitio vel acceptio principij.

ℭ Atqui neqȝ p̱ diuisionis viam fit rõcinatio vt in prioꝝ resolutiuoꝝ diximus libro nunq̃ enim in diuisione fit vt cuȝ hec sint necessario illa sequant꜓:sed fit perinde atqȝ cũ q̃spiã inducit. Nõ enim demonstrat:nã nõ interrogare cõclusionem opȝ:nec q: data est. ideo ipsam esse opȝ:sȝ necesse est ipsam esse cum illa sint: τ si hisce qui respondet nõ dicit nec assentitur. Etenim si q̃spiã hoc interrogat pacto:homo animal ne an inanimatum est: deinde accipit animal: nullaȝ prorsus ratiocinationeȝ facit vt patet. Rursus si omne animal gressibile esse: aut aquaticuȝ dixerit. Deinde gressibile ceperit:nullã rõcinationem fecit profecto:nec hominem hoc esse totũ animal inq̃ȝ gressibile necessario ex dictis emergit:sȝ hoc quoqȝ perinde vt illa sumit. Atqȝ nihil omnino refert siue in multis siue in paucis hoc pacto fiat:est enim idem. Fit igit꜓ vt hisce q̃ hoc procedunt modo inutilis sit hic vsus: τ ad ea quorum fieri ratiocinatio potest.

Lect. 4. ℭ At vero neqȝ p̱ diuisionis viã est syllogizare:sicut in resolutiõe circa figuras dictũ est. Nequaq̃ enim necesse est illã rẽ esse cũ hec sint. Sed sic neqȝ inducens demõ̃strat. nõ enim opȝ ꝯclusionẽ interrogare:neqȝ in concedendo esse:sed necesse est esse cũ sint illa: τ si nõ dicat respondẽs: vt hõ aial est aut inanimatũ:postea accepit aial: non syllogizatũ est. Itẽ oẽ aial aut gressibile aut aq̃tile: τ si accepit gressibile: τ hoiem totũ animal gressibile:non necesse est ex dictis:sed accipit τ hoc. Differt aũt nihil in multis aut in paucis sic dicere. idem enim est. Non syllogisticus quidẽ igitur vsus fit sic ꝓcedentibus: τ de conuenientibus syllogizari. Lectio. IIII.

Postq̃ ph̃s ostẽdit ꝙ nõ põt demõ̃strari q̃õgd est p̱ terminos ꝯuertibiles. Hic ostẽdit ꝙ nõ põt demõ̃strari p̱ viã diuisionis. Et circa h̃ duo facit. Primo ostẽdit ꝓpositũ. 2° excludit quãdã solutionẽ. ibi[Cõtingit soluere aũt.] Circa p̃mũ duo facit. Primo ostẽdit ꝓpositũ p̱ rõnẽ cõem oĩbus que syllogiçari pñt. Scd̃o ostẽdit ꝓpositũ q̃tũ ad ea q̃ sũt ꝓpria ei q̃õgdest. ibi[Quid enim ꝓhibet τc.] Dicit g̃ p̃mo ꝙ sicut nõ põt demõstrari q̃õgdest p̱ terminos conuertibiles:ita ẽt nõ põt demõ̃strari p̱ viã diuisionis:p̱ quaȝ etiã nihil syllogistice ꝓbat꜓ sicut dictũ est in resolõne circa figuras. i. in p̃ prioꝝ analeticoꝝ. Sicut. n. in posterioribus analeticis docet꜓ resolõ vsqȝ ad p̃nª prima:ita ẽt in prioribꝰ analeticis fit resolõ ad p̃ma q̃dã simplicia pertinẽtia ad dispõnẽ sylli in mõ τ figura. Qꝫ aũt p̱ viã diuisionis nõ possit aliq̃d syllogiçari ꝓbat p̱ hoc ꝙ via diuisionis nõ ex necessitate sequit꜓ ꝯclõ existentibus p̃missis:q̃õ requirit꜓ ad rõneȝ syllogismi. Sed ita se hȝ in via diuisionis:sicut τ via inductionis. Ille enim qui inducit p̱ singularia ad vle:nec demonstrat:neqȝ syllogiçat ex necessitate. Cũ enim aliq̃d syllogistice ꝓbat꜓:nõ est necessariũ vlterius ꝙ vel interroget de ꝯclõne:nec ꝙ rñdens ei det ꝯclõnẽ:sed necesse est ꝙ ꝯclusio sit vera p̃missis existentibus veris. Hoc aũt nõ accidit in via diuisionis:sic manifestat p̱ exẽpla. Procedit꜓ enim via diuisionis:cũ accepto aliquo cõi q̃õ p̱ multa diuidit꜓:remoto vno cõcludit꜓ alteꝝ. Puta si entium aliud est aial: τ aliud est inanimatũ:habito ꝙ homo non sit inanimatum concluditur ꝙ sit animal. Sed ista conclusio nõ sequitur:nisi respondens det ꝙ hõ vel sit aial vel inanimatũ. ℭ Et est attẽdẽdũ ꝙ satis ꝯuenientẽr cõparauit diuisionẽ inductioni. Utrobiqȝ enim opȝ supponere ꝙ accepta sint oĩa que cõtinent꜓ sub aliquo cõmuni. Aliogn nec inducens poterit ex singularibus acceptis ꝯcludere vle:nec diuidẽs ex remotione quarũdã partiũ poterit ꝯcludere aliã. Patet g̃ ꝙ inducẽs facta iductione ꝙ sortes currat τ plato τ cicero nõ põt ex necessitate ꝯcludere ꝙ oĩs hõ currat:nisi detur sibi a rñdente ꝙ nihil aliud cõtineat꜓ sub hoie q̃ ista que inducta sunt. Silr ẽt nec diuidens si ꝓbauerit ꝙ h̃ coloratũ nõ sit albũ nec pallidũ:nõ põt ex necessitate cõcludere ꝙ sit nigrũ:nisi detur sibi a respondẽte:ꝙ nihil aliud cõtineat꜓ sub colorato:nisi ea que assumpta sunt in diuisione. Et q: inuestigantibꝰ q̃d est hõ:opȝ accipere nõ solũ genus q̃õ est aial:sed differẽtiã:vlterius in suo exẽplo ꝓcedit ꝙ si omne aial:aut gressibile est:aut aquaticũ τ accipiat ꝙ hõ g̃ nõ est aial q̃õ est aquaticum sit totũ h̃ q̃õ est aial gressibile:nõ ex necessitate sequit꜓ ex dictis:sȝ opȝ ꝙ hoc etiã supponat datũ sibi a rñdente. s. ꝙ aial sufficiẽter diuidat꜓ p̱ gressibile τ aquaticũ. Et q: q̃nqȝ p̱ plures diuisiones ꝓcedit꜓ ad accipiẽdũ q̃õgdest alicuiꝰ rei:iõ p̃missis duabꝰ diuisiõibꝰ in suo exẽplo:subdit ꝙ nihil differt ꝙ sic ꝓcedat꜓ in multis:aut in paucis. Eadẽ enim est rõ in oĩbus. Et sic vlterius ꝯcludit ꝙ ꝓcedentes per viã diuisionis etiam circa ea que ꝯtingit syllogiçari non vtunt꜓ ꝓbatione syllogistica. ℭ Deinde cum dicit.

ℭ Quid vero ꝓhibet vt illud totũ vere q̃dẽ dicat꜓ de hoie:nõ tñ q̃d est:neqȝ q̃ditatẽ declaret.

ℭ Quid. n. ꝓhibet hoc veꝝ q̃dẽ oẽ esse de hoie: nõ tñ q̃õgdest:neqȝ q̃õ q̃d erat esse ostendens.

ℭ Inducit duas rõnes ꝓprias ei q̃õgdest:quarũ p̃ma est q: nõ oẽ q̃õ vere p̃dicat꜓ de aliquo. predicat꜓ in eo q̃õgdest:nec significat eẽntiã eius. si igit꜓ det꜓ ꝙ p̱ viã diuisionis sufficiẽter ꝓbet꜓ ꝙ totũ hoc. s. aial gressibile vere p̃dicet꜓ de hoie:nõ tñ ꝓpter hoc erit ꝓbatum ꝙ p̃dicet꜓ de eo in eo q̃õgdest:vel ostendat q̃õ q̃d erat esse. i. ꝙ demõstrat essentiã rei. ℭ Scd̃am rõnem ponit ibi.

ℭ Quid insup obstat: vt aut addatur substantie quippiã:aut auferat꜓:aut pretermittatur.

ℭ Amplius quid prohibet aut apponere aliq̃d aut auferre aut superegredi substantiam. Hec igitur dimittuntur quidem. Vide i an not.

ℭ Que talis est. Essentia enim cuiuslibet rei declarat꜓ per aliq̃ certa q̃bus nec addere opȝ nec subtrahi. Nihil autẽ ꝓhibet q̃n ille q̃ ꝓcedit per viã diuisionis:aut apponat aliq̃d supra ea que sufficiunt ad ostendẽdũ q̃õgdest:aut auferat aliq̃d eoꝝ q̃ ad hoc sunt necessaria. aut etiã ꝙ supergrediat꜓ vel excellat essentiã rei:vtpote si sit cõmuniꝰ q̃ ipsa res. q̃õ fit dũ subtrahunt꜓ dĩe vltime q̃bꝰ ea que sunt cõia ꝯtrahunt꜓. Unde p̱ diuisionẽ nõ ꝓbat꜓ sufficiẽter q̃õgdest. Et h̃ est q̃õ ꝯcludit ꝙ in via diuisiõis p̃termittunt꜓ p̃dicte ꝯditiões:vel. s. id q̃õ ꝯcludit꜓ p̃dicet꜓ in eo q̃õgdest: τ ꝙ nec excedat nec excedat꜓. ℭ Deinde cum dicit.

¶ Atq3 hec quidē euenlūt: sed summā q̄spiā di perit vniuersa ea q̄ hoc ipso qd est p̄dicanť. Et adhibita diligētia post primi diuisionē alterius ne postulationē: ipsius rursus postulare distributionē deinceps faciā. Atq3 adeo vt nihil pretermittať qd qdē est necessariū. Si omne cadit in diuisionem: ⁊ nihil deest. Id ṽo est necessariū. Indiuiduū eni3 ia3 esse oportet.

¶ Cōtingit aūt soluere in accipiēdo in eo q̄d qd est oīa: ⁊ qd est ɔ̄ňter p diuisionē facere q̄ fiunt prius: ⁊ nihil relinquere. Hoc aūt necessarium est: indiuiduum enim specie op3 esse.

¶ Excludit quandā solutionē. Et p̄mo ꝓponit ea3. Scd̄o excludit ipsa3. ibi [Sed syll's tñ ⁊c.] Dicit ḡ p̄mo ꝙ ɔ̄tingit soluere ea q̄ obiecta sunt: ex eo ꝙ aliq̄s dicat ꝙ diuidēdo accipiat oīa q̄ p̄dicanť in eo qd qd: ⁊ ita per ɔ̄sequētiā ad diuisionē faciat id qd p̄mo intendiť: vt .s. ɔ̄stituat diffōnē significantē qd̄qdest: ⁊ nihil relinquat eorū que requiruntur ad diffiniendū. Et si hec duo faciat .s. ꝙ oīa q̄ accipit p diuisionē predicenť in eo qd qd. ⁊ oīa huiꝰ cadant in diuisione. ita ꝙ nihil desit: necessarium est id qd est inuentū sit qd̄qdest. Et huiꝰ necessitatis rō est: q2 acceptis oībꝰ q̄ p̄dicanť in eo qd quid: nullo derelicto: iam id qd inuentū est: op3 esse quoddā indiuiduū .s. indiuiduam rōnē talis rei. ita .s. ꝙ nō indigeat vlteriori diuisione ad hoc ꝙ appropriet huic rei. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At q̄q̄ id fieri pōt: nulla tñ h̄ pacto vnq̄ efficitur rōcinatio: Sed si noscere diuisio facit: alio quodā id facit mō. Atq3 hoc qdē nō est absurdum. Neq3 eni3 is q vtitur inductione fortasse demonstrat. Notū tñ aliqd facit: rōcinationem aūt nō dicit: qui diffinitione3 ex diuisione dicit. Nā vt in conclusionibꝰ q̄ sine mediis inferuntur si quispiā dixerit hoc necesse est esse cu3 ista sint: sic vt interrogeť ꝓpter qd: sic ⁊ in diffinitionibus cū p diuisionē inuestiganť fieri pōt. Na3 cū hec cōficitur diffinitio hoīs: aīal mortale pedes habēs: bipes ac alis vacās. Cur hoc in vnaquaq3 partiū additione nimirū interrogatio fieri pōt. Dicet eni3 atq3 ostēdet p diuisionem: vt putat: omne aīal aut imortale esse aut mortale. Talis aūt oratio tota nō per rōcinationem esse ostenditur. Quare etiam si definitio per diuisionem demonstrareť: nunq̄ tamen per rōcinationem conficitur.

¶ Sed syll's tñ nō inest: ⁊ si vere alio mō cognoscere facit: ⁊ hoc qdē nō est incōueniēs. Neq3 eni3 inducens fortasse demonstrat: s3 tñ manifestat aliqd. Syll'm aūt nō dicit: ex diuisione dicens diffinitionē. Sicut enim in cōclusionibus que sine mediis sūt: si aliq̄s dicat q̄ñ his existētibus necesse est hoc esse: ɔ̄tingit interrogare ꝓpter qd sic: ⁊ in diuisiuis terminis qd est homo aīal mortale bipes habens pedes sine pennis. ꝓpter qd s̄m vnamquāq3 appositionem. Dicet enim ⁊ monstrabit diuisionē sicut opinať ꝙ oē aīal aut mortale aut immortale sit. Huiusmodi aūt rō non oīs est diffinitio: q̄re ēt̄si diuisione demōstrauerit: sed diffō nō syll's fit.

Vide in annot.

¶ Excludit p̄dictā solōnē ⁊ dicit ꝙ ēt̄si necesse sit predictis existib' aliqd idiuiduū fieri: sicut expositū est: tñ p̄dicta via nō est syllogistica: ēt̄si cognoscere faciat qd̄qdest p aliū modū: ⁊ h̄ nō est icōueniēs .s. ꝙ aliquid alio mō manifesteť q̄ p syllogismum. Ille enim qui vtituř inductione nō ꝓbat syllogistice: sed tñ aliquid manifestat. Et aūt ille qui per diuisionē ad diffōnē peruenit nō faciat syll'm: ostendit per qddam simile. Si enim inducať ɔ̄clusio ex maiori propositione: subtracta media: ⁊ cōcludens dicat ꝙ necesse est sequi ex p̄missis poterit interrogare respondens ꝓpter qd sit necessariū: qd nō accidit in syllogistica ꝓbatione. Unde talis modus argumentādi nō est syllogisticus. Ita etiā in terminis diuisiuis non fit syllogismus. q2 semꝑ restat interrogatio ꝓpter qd. puta si aliq̄s volens notificare qd est hō: accipiat per viam diuisionis ꝙ hō est aīal mortale bipes: vel habens pedes sine pennis: ad quālibet oppositionē p̄dictoꝝ poterit cōuenienter queri ꝓpter quid sit necesse. Ille enim qui ad manifestandū qd̄qdest conať: nō solū dicet: sed etiā probabit p diuisione3 s̄m ꝙ ipse opinatur ꝙ omne qd est sit mortale aut imortale. Et quāuis detur ꝙ per hanc diuisionē possit demonstrare ꝓpositū: tñ nō est necesse ꝙ rō sic conclusa sit diffinitio: q2 forte ea ex q̄bus cōstat ratio talis: nō predicanť in eo qd̄qdest: vel excedunt substantiā diffiniti. Sed ⁊ si cōtingat ꝙ talis rō sit diffō: non tñ per syll'm ꝓbať ꝙ diffinitio sit: vt ex supra dictis patet.

¶ Sed ne fieri pōt vt ipsum qd est: accōmodatum substātie demonstrareť: ex suppositiōe tñ: hoc pacto: vt accipiať id qdem propriu3 qd ex hisce cōstat: que hoc ipso qd est: predicanť: diffinitione3 esse: hec aūt sola dicto predicari mō: totūq3 qd ex hisce constat ꝓprium esse. Id est enim illius nimirum ratio.

¶ Sed vtrum sit demonstrare qd̄qdest s̄m substantiā, ex conditione accipiente qd qd erat esse: qd est ex his, que sunt in eo qd̄qdest, propriis. Hec autem in qd̄qdest sola: ⁊ ꝓpriū est omne, Hoc enim est esse illi.

Vide in annot.

Lectio. V.

Postq̄ ph's ostendit ꝙ nō pōt demonstrari qd̄qdest nec p cōuertibiles terminos nec per via3 diuisionis. hic ostēdit vlterius ꝙ nō pōt qd̄qdest demōstrari accipiēdo id qd requiriť ad qd̄qdest. Et circa hoc duo facit. P'rio ostēdit ꝓpositū. Scd̄o cōcludit ex oībus predictis ꝙ nullo modo qd̄qdest demonstrari possit. ibi [Qualiter igiť diffiniens ⁊c.] Circa primū duo facit. Primo inducit rōnes ꝓprias ad ꝓpositū. Scd̄o inducit quādā rōnē cōmunē ad id qd nūc dicitur. ⁊ ad id qd supra dictum est. ibi [Ad vtrosq3 autem ⁊c.] Circa p̄mū duo facit. Primo ostēdit ꝙ nō pōt demonstrari qd̄qdest per hoc ꝙ accipiatur id qd pertinet ad rationem eius qd̄qdest. Scd̄o ostendit ꝙ nō pōt demonstrari qd̄qdest huiꝰ rei ex hoc ꝙ accipitur qd̄qdest alteriꝰ rei. ibi [Ex suppositione aūt ⁊c.] Circa p̄m duo facit. P'rio mouet q̄ōnē. Scd̄o argumētať ad ꝓpositū. ibi [Aut iteꝝ accipit ⁊c.] Queriť ḡ p̄ vtꝝ ɔ̄tingat de-

mōstrare qd sit aliqd ſm suā ſubām: ex tali ſuppōne per quā accipiat qd qd erat eē alicui⁹ rei: ex illis ɔditionib⁹ que ſunt ꝑprie ei qdqdeſt. puta ſi aliqs ꝓbet ꝙ aial greſſibile bipes ſit qdqdeſt hoīs: accipiens pro medio ꝙ hec rō ɔuertat cū hoīe: ɔſtat ex genere ꝛ drīa. hec aūt sola requirunt: ad qdqdeſt: ꝛ totū h̄ qd dictū eſt eſt ꝑpriū ei qdqdeſt: qꝛ eſt eſſe illi. i. ei qdqdeſt: quaſi dicat: ꝙ hoc qd eſt eſſe rōnē ɔuertibilē ex genere ꝛ differētijs ɔſtātē: eſt oīno idē ei qdqdeſt. ¶ Deinde cum dicit.

¶ An ꝛ hic rurſus ſumit diffinitio: neceſſe eſt enim per medium ipſum oſtendere.

¶ An itez accepit qd qd erat eſſe: ꝛ in hoc neceſſe eſt enim per medium monſtrare.

¶ Obijcit ad ꝑdictā queſtionē duab⁹ rōnib⁹ oſtēdens ꝙ nō pōt qdqdeſt ꝑdicto mō demrari. quaꝝ ꝑma eſt. qꝛ ſicut ꝑmiſſi modi demōſtrandi deficiūt in hoc ꝙ accipiūt id qd querit. ita eſt in ꝓpoſito. Accipit. n. ꝛ in mō ꝓbatiōis qd qd erat eſſe: puta dū accipit ꝙ oīs rō cōuertibilis cōſtans ex genere ꝛ drītijs ſignificat qdqdeſt: ꝛ ita incōueniens eſt ꝓbatio. Neceſſe eſt. n. id ad qd demrātio inducit nō ſupponere q̄ſi mediū: ſed potius per aliud mediū demonſtrare. ¶ Scdām rōnem ponit ibi.

¶ Preterea queadmodū nec in rōcinatione ſumit qd eſt rōcinari: ſemꝑ enim tota vel pars eſt ꝓpoſitio ex qb⁹ rōcinatio ɔſtat: ſic neqꝫ diffōnē opꝫ in rōcinatione ineſſe: ſed ſeorſum a ꝓpoſitionib⁹ eſſe. Atqꝫ vt ſi qs ambigat: ſi rōcinatio ſit ɔfecta: necne obuiandū eſt aſſerendo rōcinationē eſſe extructā: id enim rōcinatio: ſic ꝛ ad eū qui dicit nō diffōnē eſſe cōcluſaꝫ aſſerendūꝫ eſt diffinitionē eſſe cōcluſam. Id enim nobis ſupponebat eē rō diffōne. Quare neceſſe eſt ꝛ ſine rōcinationis ꝛ ſine diffinitionis ratione: aliqd per ratiocinationem concluſum eſſe.

¶ Amplius ſicut in ſyllō neqꝫ accipit qdqdeſt ſyllogizare: ſemꝑ eniꝫ totū aut pars eſt ex qbus eſt ſylls. ſic neqꝫ qd qd erat eſſe opꝫ eſſe in ſyllogiſmo: ſed ſeorſuꝫ hoc appoſitis eſſe. ꝛ ad dubitātē: ſyllogizatū eſt: aut nō: eſt h̄ ɔtradicē: qm̄ hic erat ſyllogiſmus. Et adhuc ꝙ neqꝫ qd erat eſſe ſyllogizatū eſt: qm̄ vtiqꝫ eſt: h̄. n. poſitū eſt nobis qd qd erat eē. Quare neceē eſt ſine eo qd qdeſt ſylls: aut qd qd erat eē ſyllogizare aliqd.

¶ Que ſumit ex ſimilitudine ſyllogiſmi. Cū. n. aliqs ſyllogiçat. nō opꝫ ꝙ accipiat diffōnē ſyllogiſmi ad ſyllogiçandū: qꝛ ea ex qb⁹ ꝓcedit ſylls hoc mō ſe habēt: ꝙ ſemper qdlibet eoꝝ eſt aut tota ꝓpoſitio. i. vniuerſalis ſeu maior: aut eſt pars. i. ꝑticularis ſeu minor q̄ ſumit ſub maiori. Et ita diffō ſylli nō eſt aliqd eoꝝ ex qb⁹ ꝓcedit ſylls. Et ſilr ſi aliqs velit ſyllogiçare qd qd erat eſſe alicui⁹ rei: nō opꝫ ꝙ accipiat qd ſit qd qd erat eſſe: ſed opꝫ hoc ſeorſum haberi in mente: pꝛeter ea q̄ ponunt in diffōne vel ſyllō. Habīt. n. rōnes ſyllogiſmi ꝛ diffōnes ſe hñt in diffinīēdo ꝛ ſyllogiçādo ſicut regule artis ad quas dꝫ aſpicere artifex in operādo. Artifex eni q facit cultellū: nō facit opando regulā ſm quā operat: ſed ſm regulā quā hꝫ in mente examinat an cultellus bñ ſit fact⁹. Et ita etiaꝫ ille qui ſyllogiçat nō accipit rōnē ſylli in ſyllogiçādo: ſed examinat ſyllm factū. an ſit bon⁹. Vñ ſi aliqs dubitet de ſyllogiſmo facto an ſit ſyllogiçatū vel nō: poterit ſyllogiçans obuiare. oſtendēdo ꝙ ſylls ſit tale aliqd. Silr etiā ei qui intēdit ſyllogiçare qd qd erat eſſe: ɔuenit vt habeat ſeorſum in mēte rōnē eius qd qd erat eſſe: vt ſi aliqs dicat ꝙ nō eſt ſyllogiçatū qd qd erat eſſe. ipſe dicat ꝙ ſimiliqꝫ tale aliqd ponit qd qd erat eſſe. Sic ergo pꝫ ꝙ ſyllogiçās qd qd erat eſſe: nō dꝫ ſumere qd eſt ſyllogiſmus. neqꝫ qd eſt qd qd erat eſſe. ¶ Deinde cum dicit.

¶ At. n. neqꝫ ſic bene ſeſe habebit ipſius qd eſt: ꝓbatio: ſi ex ſuppoſitione ēt qſpiam ipꝫ oſtendat hoc pacto: ſi rō mali eſt diuiſibile eſſe: qb⁹ aūt eſt ɔtrariū: coꝝ ꝛ rō ɔtraria eſt rōni cōtrarij atqꝫ bonū eſt malo ɔtrariū: ꝛ idiuiſibile diuiſibili: rō boni nimirum eſt indiuiſibile eſſe.

